

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

14

LVCIANI PISCATOR, SEV
reuiuſcentes. Bilibaldo Pirck
heymero, Cæſareo Conſilia
rio, Patricio ac Senatore,
Nurenbergensi
interprete,

Eiuſdem Epistoła Apologetica

Pindarus.

Ἰακέρδεια λέλογχε θαμινὰ κα
καγόρος.

21



CLARISSIMO AC EXCELLENTI IVRIS
Doctōri Laurentio Beheym Diui Stephani Babenber
gæ Canonico Bilibaldus Pirckheymer. S, D,



I cunctorū mortaliū res gestas scrutatus fu
eris, iucūdiſſime acerudiſſime mi Laurens,
ſi omniū gentiū historias diligēter euolueris
nullum vnq̃ hominū genus peius audiuiſſe
inuenies, q̃ eos, qui virtutē ac ſapiētiam, tanq̃ pprias
ſibi deſumpſere ac vēdicauere. nō q̃ per ſe virtus ipſa,
vel ſapiētia, vituperatiōe aliqua eſſet digna, ſed quia il
larū prætēxto, ſemp̃ perditiffimi quidā deliteſcentes, ea
ppetrare ſunt auſi, quæ apud ſcleratos quoq̃ nebulō
nes reprehēſione nō carerent. nemo ſiquidem manifeſte
malos, tam inſenſo odio pſequi cōſueuit, quēadmodum
eos, qui Curios ſimulāt, & bachanalīa viuūt. q̃ propter
In Borgia. apud Platonem, perq̃ acriter Callicles in deſides iſtos
& ignauos inuehiť, q̃ Philoſophiæ obtētu, inutile ocium
& linguæ vitæq̃ tenebras ſequūtur, oſtendēs eos in an
gulis cōmurmurātes, ingenuum, magnū, aut dignū qd
loqui nunq̃, publica & priuata omnia ignorare, nilq̃
niſi arguta ſiue deliramenta, ſiue nugalia exercere. veſ
de Philoſophia illa nō ſentit, quæ virtutū oīm diſciplī
na eſt, queq̃ in publicis ſimul, & priuatis officiis excel
lit, Ciuitatesq̃ & reſpu, ſi nihil phi beat, cōſtanter, forti
ter, & perite adminiſtrat. ſed de iſta futili, atq̃ puerili
meditatione arguciaꝝ, nihil ad vitā, neq̃ tuendā, neq̃
ordinādā, pmouente. qua id genus homines cōſene
ſcūt, male feriat, quos Philoſophos & vulgus eſſe pu
tat, & miſeri illi ſibi iſtis applaudētes, nō ſolū eſſe, ſ; &
cūcta ſe ſcire arbitrātur, cū tamē omnia ignorēt, & toti⁹
vitæ ſpacio nihil aliud, ſummis etiā laboribus q̃ nihil

scire didicere. Apud Athenarū quoq; asperrime Myrtillus ille, philosophos eiusmodi taxat, tanq; ab omni virtute alienos, ac viciorū cūctorum receptacula, hominū scelestissimos, & iniustissimos appellās, & qui minime cōstantem exerceāt vitam, sensus vero, & scientiæ humanarum, oīno sint expertes. petulātes insup, mollissimos, vel si hoc careāt vicio auarissimos, iuidiosissimos, ac arrogātissimos, eos esse ostendēs, temerarios preterea, Calūniatores, & cōuiciatores egregios, expilatores, ac abliguritores, ad totius deniq; humanæ vitæ vsum, penitus inutiles. ideo a Lacedemoniis olim mīme admissos, ne præter reliquā improbitatē, urbem quoq; cōtentionibus, iurgiis, ac intēpestiuis replerēt Elenchis. ab Atheniensibus vero, ad coruos actos. a Lysimacho rege, toto regno eiectos. a Romanis quoq; sapientissimis, ac optimis viris, tanq; inutiles, & noxios, urbe pulsos. quapropter Anaxippi Comici iambica. hæc, olim in omniū ore fuisse refert

Opusios
phistarū. li.
xiiij.

Hei mihi philosopharis! philosophos attamen,
Compertum habeo, verbis sapere tantummodo,
At esse stultos in factis plane video.

Tales quoq; Madaurēsis philosophus, affabre depinxit: Prophanæ philosophiæ turba imperitorū ait, vana scētitudinis, priua veræ ratiōis, inops religionis, indiga veritatis. scrupulosissimo cultu, insolentissimo spiritu, deos negligit, pars ī cōtemptu tumida nō rite venerat, omnes sed inscie metuūt, pauci vero impie diffitentur. Proinde vt gēiles obmittamus, quis ignorat quale nā certamen, Christus deus, & saluator noster, aduersum Hypocritas, scribas, ac phariseos inierit, cū illos quoq; fraude, dolo, & machinatione, mortē acerbissimā, & indignissimā ptulerit, adeo semp improbis virtus exosa

fuit, ac maxime iis, qui sceleris consciētia exagitati, viū
tamē probi & haberi & censerī voluere. qui si poti⁹ bo
ni esse, q̃ videri atq; id qd' cæremoniis ac titulo præ se
ferunt vere moribus, exprimere mallent, neq; ipsi alios
iniuria afficerent, nec ab aliis qualia nollent audire ac
ppeti cogerēt. veluti ii qui cōtra christianā institutionē
ac bonorū morū honestatē, in optimum & acuratissi
mē doctū virum Ioannē Reuchleyn, plaustra cōiiciis
plena exonerare, tā petulāterq; faciūdiā caninā exer
cere nō erubuerūt. scz, ne a gentiliū philosophorū dege
nerarēt improbitate, sed illos tā factis, q̃ verbis, egre
gie repræsentarēt. nō de iis loquor, q̃ causā suā legitimi
me sunt tutati, iure enī quicqd' sit, iniustū esse nō potest,
præcipue tanto sub iudice, sed de illis, qui omissio fidei
negocio, deuoratoq; pudore, tam virulenta rabie, ac exe
crabili furore sunt debachati, vt plane ozimū (quod ma
ledictis & pbris letius, & fœcūdius puenire dicī), cō
seuisse videātur. Hæc nō scribo mī Laurens, q̃ liti alie
næ me immiscere cupiā, vel quēpiā cōtra ac deceat,
defendere intēdam, nullius addictus iurare i verba ma
gistri. nō iccirco q̃ vellicatoꝝ quorūdā scriptis ineptissi
mis ac leuissimis, me lesū putem, ideoq; stomacher ac
pprias iniurias vltū eā, siquidē haud ita nostra inacut
cōtumelia, sed q̃ sciam, nil homini ingenuo, maxime ve
ro christiano, turpi⁹ & indignius esse, q̃ tam effrenatis,
& temerariis maledictis ac cōiiciis velitari, tā nephan
da & teterrima in multoꝝ ruinam & scandala pferre,
quæ nec de lupa meretrix, de lenone mimus, de furcife
ro impurissimus diceret sacrilegus. quæ est enī audien
tium edificatio, ppter iudeorū libros chrīanorū carnes
maledicēdo deuorare, adeoq; cōtumeliis digladiari, vt
vix iudaico, ne dū christiano noīe dignus esse cēsearist

Plinius.

Quæ est christianæ religionis defensio, si longe acrius quàm
 christiana māsuetudo permittat incandescas, ac non solū
 in tantū virum fanda pariter & infanda euomas, sed &
 omnes amicos eius mordicus arripias? possem & ego
 stulta illorū loquacitate irritatus, cōtra insanientes inla-
 nire, ac suaues illos viros, sibi ipsis, tanquā in speculo ostē-
 dere, nī id naturalis phiberet æquitas, nī id christiana de-
 testaretur pietas, absit enī ut a quo iunior semper abhor-
 rui id vergētibus annis perpetrare incipiā, atque imitator
 sim eorū, quod ob linguæ amaritudinē merito reprehēdun-
 tur, illi loquātur spurcias, qui & spurca cōmittere pos-
 sunt, ego vero diuinis ac christianis institutis edoctus,
 scio saluatoris esse præceptū, ne maledicētibus remale-
 dicamus, neue malū per malo reddamus, quod tantus il-
 le magister nō solum ore docuit, sed re ipsa plane adim-
 pleuit, præstat igitur tolerādo illius sequi vestigia, quā vin-
 dicando sanctissima mādāta trāsgredi, siquidem vera
 in hoc mundo victoria, nō ab agendo, sed patiēdo, con-
 trariāque penitus ratione est aucupāda, quoniā non qui
 iniuriam infert, sed qui patitur, vincit. Proinde blātera-
 mina hæc nō solū nō cōtumeliosa, sed admodū honorifi-
 ca mihi esse duco, Sigdem inter reliquos scribūt, se a Bili-
 baldō nescio quo in Nurenberga lefos esse, tanquā nullus
 sit Bilibaldus momenti, quoniā ipsis incognitus. cetero-
 rum faxit deus, optimus maximus, ut semper illis rema-
 neam ignotus, ac nūquā mihi a talibus benedicat a qui-
 bus vilipēdi, quā laudari præstat. Antisthenes cū aliquā-
 do ab improbis extolleret, magna inquit anxietate mace-
 ror, ne forte mali quippiā fecisse videar. me igitur igno-
 ret, quoniā nec ego illos scire laboro. deinde me Reucha-
 linistam appellat, verū tantū abest ut cognomē id egre-
 feram, ut etiā sumopere ob illud exultem, Sigdem verē

affirmare ausim, inter cūcta externa, quæ mihi diuina
benignitas vel indulgenter concessit, vix aliquid eque
me, ac bonorū viroz amicitia oblectare. præcipue, quā
nō casus, sed literarium peperit consortiū. eam siquidē
tanti facio, vt potētissimorū etiā principum dignationi
æquare non dubitem. magnā igit̃ eruditorū amicorum
copiā, non solum p̃ germaniā, sed vniuersam ferme Eu
ropam, mihi esse & gaudeo, & glorior. Amicus igit̃ ma
gnus ille Roterodamicus Erasmus, defecatum naturæ
specimen, quē eodē famoso libello, Theologū eloquen
tem appellare nō dubitāt, tanq̃ citra facundiā, omni ca
reat scientia. amicus item celebratissimus ac eruditissi
mus Reuchleyn, viri qui nō solum vitæ excelleāt p̃bi
tate, ingenii floreat dextentate, linguarū emineant va
rietate, eloquētiæ polleāt foelicitate, sed & doctrina ab
soluta, eruditioē exquisita, scientia multifaria, gloria de
num verissima, tanq̃ Heroes quidā fortunæ aleam su
perauerūt, ac virtutis adoria humanos ferme terminos,
supgressi sint. qs igit̃ tantorū virorū amicitia nō gau
deret? qs eorū familiaritate nō oblectaret? siue igit̃ me
Erasmiſtā, siue nūcupēt Reuchlinistā, nulla cōtumelia,
sed poti⁹ me laude affecisse sciāt. Proinde reprehensione
nō carerē, si Capnionē amicū tam veterē defensione meā
fraudare, maxime cōtra iuidorū cōtumeliosam insolēti
am, & tam impudēter, ne dicā nequiter, conficta menda
cia, quæ tamē partim ridēda, ptim vero tanq̃ aniles fa
bulæ sunt cōtemnenda. illud vero prætereundū esse nō
videtur, q̃ famoso illo libello, optimo viro obiiiciunt, in
quiunt enī, vt a iudeis aurum extorqueret, in eorum fa
uorem multa puerſa scribere non erubuit. verum o tpa,
o mores, si a iudeis munera accepit, cur nō qs dederit
vbi quādo & quantū ille accepit: num aurū, argentūue

signatū fuerit palam ostendunt. quod si minus tantum
 facinus cōprobare possunt, vt pfecto nunq̃ poterunt,
 cur tam nephandi criminis hoīem christianū insumula
 re audēt? nōne scriptū est? Quicūq; dixerit fratri suo fa
 tue, tenebit ad gehēnam ignis. quo igit supplicio di
 gni erūt, qui pximo suo tā falsa, detestanda, & ab omni
 veritate aliena obiciūt crimina? quæ nō solum cohercio
 nem exigāt temporālē, sed & pēnam mereātur æternā,
 hæc vere labiorū sunt delicta, ob quæ in laqueū incidit
 peccator, qui in pximū suū fabricat malū, & inimicas
 aduersus hoīem sine causa. sane cōiectura inquit, tāti
 sceleris cōuinci potest. verū o admirādi, nunq; proba
 præsumptio, in iis, quæ veritati minus sunt cōsona. pin
 de si cōiecturis agēdum cēsent, & nos paulisp rhetorica
 re patiant. siqdem cōiecturis manifeste cōprobabim⁹.
 Capnionē nīm tātum facinus nō solū nō fecisse, sed nec
 si voluisset facere potuisse, ideo nec vnq; anio voluisse.
 Quid enī virum christianū ad tātum scelus impellerē
 debuisset, vt iudeorū amicitiam, & fidei, & veritati præ
 ferre dignū duxisset? num illorū amor? verū is odio est
 dignissimus. num aduersus christianā pietatē iracun
 dia, ac veræ religionis contēptus? sed adeo incredēdum
 id, vt nemo sanē mētis, talē quid nec fingere, ne dū cre
 dere auderet. sed nec reliquis affectibus impelli potuit,
 vt pote vir penitus ab iis alienus. quid igit? nūquid iu
 deorū amicitia veritati pretulit? & recte quidē inquit,
 ob quā cupidine cecus, & cōmodū, ac diuitias, tāti sce
 leris author amēta cōsequi sperauit, at q. vir grādæuus,
 & multis honoribus iā functus, christianis deniq; parē
 tibus ortus, tam dedecorosum quid auderet? qui & ipse
 egestate nō laboraret, verū diuitiis afflueret, filios qb⁹
 male parata reliquere posset nullos haberet, paucis am

plius ob ætatem indigeret. Deniq; qui certo certius cō-
gnosceret, etiā si tam detestādæ auariciæ succūbere vo-
luisset, iudeos tamē ob innatam auariciā, magnā pecu-
niam nunq̃ exposituros, paruā nullo sibi vsui futuram.
porro, quis crederet virū prudētem, tam inopē animi,
adeo mēte excidisse, vt tam ingens scelus ac tātī scenā
facinoris, vnq̃ latere posse cōfideret; & si hoīes, certe nō
deum, quo adiutore ille, ne Atheus putetur, certissimā
ex inimicis vindictā sperat. verū rei gloria & famæ assi-
gnatio illum incitauit, quasi pfidorū iudeorū cōsortiū,
aliud q̃ certam ignominiam asferre posset. dubia igit̃
spe, nec vlla necessitate adactus, in certū periculū se cō-
mittere voluisset, ac innocētē senectutē, tam turpi &
iaudito facinore defœdare; pristini honoris immemor,
officiorū quæ omnibus prestauit, chrīani nominis, æter-
næ salutis, ac ante actæ demū vitæ, quæ neq; ad tēpus
simulari, nec vllō modo mutari potest, & cui longē ma-
ior fides adhibēda est, q̃ inuidorū criminationib; vni-
uersis, quæ subito & facile a scelestissimo etiā ad tēpus
cōfingi possunt. p̃inde cū plane cōprobatū sit, Capnio
nem nostrū, rem tam improbam nunq̃ in animū indu-
xisse, lōge facilius ostēdi poterit, aduersarios pugnātia
dicere, & i ipsius potestate nunq̃ fuisse, vt iudeos fauo-
re suo ptegere potuisset (vt obiter preteream Ardelio-
rum nostrorū curiosam indagationem, & quā nō deceat
magni principis secreta reuelare, ac cōsilia quæ ipse ab-
scōdita esse voluit & iussit, passim omnibus diuulgare)
Qua ppter admodū miror, Reuchlinomastiges, tantā
vecordia tātāq; cœcitate peullos, vt impossibilia quoq̃,
p certis ac veris affirmare audeant. Si enī Reuchlyn in
iudaicum fauorem quid Cæsareæ maiestati suasisset, nū
ideo Cæsar illi parere coact⁹ fuisset; quinimo si Cæsar,

vt est sapiētissimus ac optimus, puerse & inique Capni
 onem cōsuluisse deprāhēdisset, nōne potius in cōtrariā
 sentēciam, cum ex eius arbitrio cūcta penderent, trāsī
 uisset? debebant equidē illius negocii gestores, tāto acri
 us, vt eorū opinio executioni mandaret, instare, quāto
 plus Reuchlinū ad iudeosq; fauorē inclinātū sensissent.
 qd enī si malē cōscientiā reatus illū exagitasset, ei mole
 stius esse potuisset, q̄ si dolens ac frendens, iudeos quo
 q; vna cum libris vniuersis, exuri cernere coactus fu
 isset. Nūc vero christianæ religionis defensores illi egre
 gii, ac acerrimi iudaicæ pfidiæ impugnatores tātis agi
 tātur intemperis, vt principali penitus omisso negocio,
 qd tamē lōge minori labore, tpe, ac impēsa absolui po
 tuisset, ad linguæ violētā cōfugiūt temeritatē, & bilē,
 virusq; omne in Reuchlinū innocētē euomere cōten
 dūt, ac si qs e manibus emisso alite, cū in illū nequeat,
 ī relictas tamē pēnas furēter seuiat, Quāuis nō desint
 qui prærepti lucelli potius gratia nō villos insaniuisse,
 q̄ veritatis amore commotos fuisse autumnēt. & hanc
 ipsam Helenam esse cōtendunt, ppter quā tam acriter
 cōflictauerint. Coeterū vt noxam tam fraudulētā effu
 gere videant, hęc omnia ob christianæ fidei zelum, se cō
 mittere fingūt. verū absit vt fides sanctissima, spurcissi
 mis ptegat cōuiciis, petulātissimis defendat cauillis,
 non docet hoc deus noster christus, quoniā mitis est &
 humilis, nō pmittit vas electionis Paulus, qui cōtentio
 nes, emulatiōes, obloquutiones, concertatiōes, susurra
 tiones, tumores, seditiōes, vociferatiōes, suspitiones,
 cōflictatiōes, amarulētiam, inuidiam maledicētiam, ca
 lumniā, & reliqua id genus vicia, longe a christiano ho
 mine abesse, & vult, & precipit. modestia inquit, vestra
 nota sit omnibus hoībus, quoniā nō cōfusions deus,

sed pacis, Quid christi successor Petrus, nōne malum
malo, cōuiciū cōuicio retaliare phibuit? cūcti deniq; tā
gentiles q̃ christiani viri boni, semp pestilēs linguæ viciū
acerime sunt detestati qđ & impudētissimo cuiq; ma-
xime cōtingere solet. Quæ si Reuchlinomastiges illi,
exactius perpēdissent, nunq̃ sanctissimā christi fidem,
sordidissimis maledictis, ac illotis sermonibus stabili-
endā esse cēsuissent, nunq̃ tāti dehonestamēti Idolum
erexissent, p cuius os impurū, q̃ ipsi palā nō auderēt,
tā effrenate deblacterarēt. Nūc vero psonati, ac digno
operculo tecti, omnia etiā in omnes sibi licere arbitrāt,
nam vt reliquas eorū fileā ineptias, nōne hoc piaculo,
vel risu potius dignū, q̃ tot tantosq; viros tam effrenate
lacefcere, tam petulāter sugillare nō verentur? Cōradū
Peutinger. Io. Cuspianū, qui ambo præter iuris laureā,
ea fulgēt dignitate, vt diui quoq; Cæsaris, etiā secretiori
bus adhibeant cōsiliis. Ioachimū vadianum, Simonē
Lazium, quos oēs honoris gratia appello. Quinimmo
cauillis insectari sat non erat, nisi ex hominū eiectos nu-
mero, etiā brutis impurissimis æquiparassent. mutuis
inquiūt se laudibus extollūt, ac porcorū more fricant,
proh q̃ digna recutito homini, ex hara comparatio. cui
tamē, cū haud amplius iudaizare dicat, Suilla, ex qua
apud veteres quinq̃ginta ferme sapes fieri solebant,
veluti pernā, petasones, lucanica, tomacula, insitia, &
reliqua id genus farcimina, non tam abominale, sed in
deliciis merito, esse debet, nam omnia munda mundis
porro germaniæ nostræ spem certissimā, Vdalricū Hut-
tenum, & nobilitatis stemmate clarū, & ingenio ac eru-
ditione prestantem, nō solū pseudo christianū appella-
re, sed etiā si diis placet, tali viro palā minitari, ac oēm
defensionē penitus adimēdam esse cēsent. nemo inquit

unt, nobilitate excusandus videtur. quin potius maioribus suis degenerans, posteris omnibus suae ignobilitatis relinquet exordium. ex quibus plane liquet miserrimos ac temerarios homines, & conditionis propriae oblitos, & interneciuo odio ita extra terminos metis esse positos, ut liberum arbitrium ac violentiae sceptrum in vniuersum genus humanum accepisse certissime putet, ac firmiter credant. ita ut cuncta quae vel maledicendo, vel maleagendo, perpetrant, illis aequa, digna ac iusta esse videantur. quod vellem serii viri modestius ac verecundius egissent, ne astutulis suis commentis insigni Theologico nomini, tam turpes notas inuississent, verae philosophiae maiestatem adeo temere profanassent. quandoquidem & si aduersarios suos ut male audiant dignos putant, indigna tamen quae male dicat sanctissima Theologia, indigna christiana fides, ut a Neophito defendatur, & tanquam coelum illius humeris sustineat. non ita salus defecit populi, ut alienigenae nostrae fidei mysteria, ne dicam oues lupo committi debeant, sed multas deo inquitunt animas, noster lucrat. verum si ii quoque illius instar tanquam mali genii seu Cacodemonas quidam, inter fideles grassari incipiant, tum demum manifeste cognosci poterit, num tam acerba discordia seminare poma, num tantas inter christianum populum turbas concitare, lucrum, seu rectius damnum sit appellandum. Siquidem confictae ad tempus simulationi, temere credendum haud esse, praeter coetera vel Hispaniae nobis documento erunt, longe enim satius erat, Marranos, quos appellant, in natia remanere perfidia, quam veritatem palam simulantes, clanculum iudaizare. Quid enim de male mutatis illis, maxime iam inueteratis sperandum sit, varia edocet exempla, quoniam Caesar ipse nup Augustae multis audientibus, miram & lepidam retulit historiam

q̄ plane ostēdere voluit iudeis cōuersis, idem cū ch̄ria
na cōuenire pietate, q̄soricum generi cū felibus. at qui
cuncta aiūt euangelia ægregius discipulus noster me-
morix cōmendauit, verū an nulli qd apostolus præcipi
at scitis? nō auditores inq̄t, legis iusti sūt apud deū, sed
qui legē opere seruant iustificabūtur, & diuus Iacobus
quæ vilitas fratres mei, si fidē dicat aliquis habere se,
facta vero nō habeat, num pōt fides saluū facere illū?
igīf quo pacto mādatorū obseruatores erūt? quorū ser-
mōt Cācrena serpit? ne erretis fratres deus nō irridet.
nō est hoc veram fidem seruare, si ea ptuleris, que nihil
nisi ad audientiū subuersionē cōducunt. nō licet ch̄ria-
nam pietatem verbo & lingua simulare, re vero & ope
etiā iudeis p̄niciosiora cōmittere. quibus p̄fecto nil iu-
cūdius nil posset accidere exoptabilius, q̄ cōtribules su-
os, orci canctos, ac spurcissima illa, p̄pudia iter christia-
nos hoīes, tam improbe debachari, tam infeste obganī-
entes cernere, vt plane ideo cōuersi cēserent, quo libere
ch̄rianis cōuiciari, & ea ppetrare audeant, quæ ne dum
apud iudeos, sed nec immanissimos pmitterent Barba-
ros. p̄inde scripta tam p̄terua, & insigni stulticia famo-
sa, sua esse per sancte negant, nō quia displiceāt, sed q̄
admiratione ingēti digna videant. Cōterū si tam in-
cōcinna, ac omnis doctrina expertia, non composuere,
cur edidere? vel si neq̄ edidere, cur ne ederentur impe-
dimēto haud fuere? an ignorāt in pari culpa esse eū, q̄
damnū dat, & qui nō phibet cū prohibere possit? euol-
uant scripturas, & inueniēt quā p̄cā mereant, q̄ acq̄-
scunt iis, qui morte digna cōmittunt, vel saltem cōmittē-
tibus obuiā non eunt. Equidē si glorias iñanes flare ac
īngenium, siue suum, seu alterius cuiuscūq̄ ostentare cu-
piebāt, multa cū h̄breā, tum gr̄ca, & latina superāt,
q̄bus nisi litū auidi fuissent, plus q̄ si Ephesiā dianā

templū incēdissent, clarescere poterāt. cur nō magnum
 Erasimū scribēdo, emēdando, & vertēdo potius imitari
 voluere, q̃ male dicēdo, optimo Capnioni impedimen-
 toesse, ne quæ iam diu parturiebat, aliquādo pareret
 poterāt et ipsi sui specimē dare, si Capnionis verbo mi-
 rifico, mirabilius, grauius, copiosius, si arte cabalistica
 acutius, præclarius, absolutius qd. ptulissent. verū non
 deerat animus, volūtas, libido, sed deerat ingeniū, do-
 ctrina, solertia. quod si ob litterarū græcæ & latinarū
 ignorātiā, seu vt ipsi volūt cōtemptum, hæbreis potius
 (cū aliter nō valerēt) famā querere dignū duxissent,
 poterant si non ppria industria, saltem iudei, vel chri-
 stiani cuiusdā recutiti opa, multa quæ adhuc siue ī Ca-
 balistica seu Thalmutica doctrina recōdita latebant, ī
 lucem pferre. ac ex iis quæ vel bene litterat⁹ Capnion.
 vel Paulus Rizius & ipse amicus noster eruditus, præ-
 terierāt, dei ecclesiam locupletare. quāto fuisset lauda-
 bilius, archana legis eruere mysteria, q̃ linguā garrulā
 velut ensem maledictis acuere, q̃ ignauo animo, ac p̃ca-
 ci ore, tam bruta ac omni dedecore maculosa effutire.
 siqdem poterāt de triginta duab⁹ scientiæ viis, de diui-
 nis attributis, & vnitatib⁹ abstractis, & quō omnis san-
 ctitas in deo compræhēdit & cōtinet, verba facere, vel
 vltra diuina noīa, tam mirifice a Capnione explanata,
 legis ac synagoge vocabula, seu decē magni dei sigilla,
 totidēq; iusti cornua, cum litterarū cōbinationibus, &
 psalmodiū secretis depromere, quid cabalista de verbo
 dei, virginis partu, incarnatione filii dei, morte, resurre-
 ctione, corporis eius in cibū & potū cōuersione senti-
 rent, ostēdere. quid de cœli & terræ creatione, materia,
 forma, separatis substātiis, anima itellektiua, fortuna,
 fato philosopharetur, explanare. hæc si potius q̃ sordi-

Cabalistica

da deliramēa tractare voluissent, deprahēdissent pcul
 dubio, quomodo pax & veritas, principiū de picipio,
 & lingua prauadeterior q̃ idolatria esse potuisset. siq̃
 dem in libro midras tehelim plane reperissent, quādo
 peccauerūt filii Israel in deserto, nō fuisse latā in eos iu-
 dicii sentētiam, donec ppetrarūt peccatū oris, & hoc est
 qđ scriptum est, & audiuit deus vocē sermonum eorū.
 nūc vero odio excecati, cum talia audire qualia ptulere
 indignissimū putāt, seipsos reprahēdere & condēnare
 identidē pgunt, psuadent enī sibi, aduersarios suos a
 nullo vnq̃ sacerdote, absq̃ publica reclamatione absol-
 ui posse, Cæterū quis eos a seueri iudicis absoluet ira?
 Hypocrita ait christus, eiice primū trabē de oculo tuo,
 & tūc pspicies vt educas festucam quæ est in oculo fra-
 tris tui. verū inquit cū tam acriter linguæ viciū detesta-
 ris, nūquid Capnionis & Reuchlinistarum cōiicia tibi
 laude digna vidētur? quinimo & tu quoq̃ decus & præ-
 sidiū nostrū, semiuideū appellasti, & de terra viuentiū,
 (cum tamē christianus sit,) delēdum esse crudeliter iu-
 dicasti. quibus, ne meipsum cōdemnare videar, respō-
 deo, nec mihi Sillos, neq̃ aliquādo placuisse Sillogra-
 phos. maxime quos cōgnouerim nō laceffitōs, sed vltro
 incessentes, obscœna iaculari scommata, verū quis nam
 a campana tam absona & rancidula, vnq̃ sonum expe-
 ctasset suauiorē aut lepidiorē? vt obiter reliqua omittā
 nugalia, quæ tamē psancte ac decēter edita esse, admi-
 randi illi Reuchlinomastiges, & scribūt, & certissime si-
 bi psuadēt, a nemine q̃ a semetipsis miserabiliter dece-
 pti. sibi itaq̃ imputēt, sibi acceptū referāt, si tam egre-
 gio tintinabulo, sua quoq̃, & tam digna echo respōde-
 re nō desinit. Cæterū vt & ea, quæ ad me ptinent, dilue-
 re videar, rem etiam altius repetere cogor, cū in celebri

Mentri ge-
 neris.

Sturm-
 glock.

illo conuētū, ab inuictissimo Casare Maximiliano sub
 iniciū Treueris indicto, ac inde Coloniā Agrippinā
 translato, pariter & Nurébergensis Rei Pu, & cūctarū
 Sueuiæ ciuitatū, quæ laudabili illa cōfœderatione cen
 sentur, legatū agerem, incidī Coloniæ in libellos quos
 dam, recens a Capnionē nostro in publicum emissos, in
 quibus, Reuchlinomastigarū delicias acrius impetere
 videbat. quibus lectis, illico virum tantum, p̄q̄ amice
 monui, vt animum moderaret, ac potius ratione vtere
 tur, q̄ suis affectibus indulgeret, nec quēpiam dignū
 duceret cui malum p̄ malo, seu pro cōuiciis cōuicia red
 deret. equidē Mopso tum certius, quo nam res euasus
 ra esset cōspiciebā. at ille cōtumeliarū insolēs rescripsit,
 me plane Heroica docere, sed Hæreseos crimen atroci
 us esse, q̄ vt vllius q̄uis mansuetum ingenium id ferre
 posset, sua cuiq̄ dolere in alienis facile quēq̄ tēperatū
 esse. Verū q̄uis pudētis & verecūdi animi esset, vel fal
 sa vituperatione grauari, me tamē monitore se post hac
 tēperaturū p̄misit, num igit̄ q̄ in amicissimo, optimo,
 ac doctissimo viro displicuit, id mihi ī longe disparib⁹
 hominibus placebit? absit hoc, neminē enī vnq̄ laude
 dignū putabo, quē in causā etiam iustissima, minus mo
 deste rem suam videbo agere, minime vero omniū inso
 lētissima illa poscinumia, quæ nō nisi mēdicando victū
 & vestitum quæritant, publicaq̄ sustētantur eleemosi
 na. Sane nō ego quēpiam crudeliter damnaui, sed ille,
 qui fratris sui detractorē homicidam esse, homicidam
 vero partē in regno dei non habere asserit. ille inq̄, qui
 molam asinariam in collo nugonū ac rabularum suspē
 dendam, ac eos in maris pfundū demergēdos esse cen
 set. verū Theologiæ inquirūt, & christianæ fidei defen
 sorē acerrimum, semiudeum appellasti. sed vtinā ille

mansueta & christiana potius dogmata, q̃ impiorū Iudeorum execrandas blasphemias, ac viciosa verba amplexatus fuisset. christi nomē audio, christi vero præcepta nequaquā adimpleri video. nōne Apostolus maledicos fideiū cōsortio depellit? nōne Sathanæ vt discāt nō maledicere tradit? & q̃ plus est, tanq̃ indignis cœlorū regnum adimit. qui igī iudeis nephādiora halucinā, num christiano nomine dignus videri poterit? a fructibus eorum, veritas ait, cognoscetis eos. q̃zuis epistolam illam nō emiserim, nec ita scripserim, vt aliquādo in publicum exituram putarem. nollē enī quēpiam christianum scriptis meis offendere, longe minus famosiorem reddere, eum, q̃ oris vicio, priusq̃ fidei merito clarescere voluit, quē etiā si emēdare vellem, haud possem, nec si possem magnope curarē. vtinam potius sancte & innocēter vitam agere ppriam, q̃ alienam etiam iustissime carpere detur. Cæterū quid nam in causa esse dicemus, q̃ nōnulli haud vulgaris existimationis viri, & q̃ in reliquis negociis nō penitus ineptiant, ita tamē nunq̃ excandescant, vt plane Timonianam illam amarulētiā referant, ita plerūq̃ pueri sensibus existāt, vt tanq̃ infantuli, Succino seu Corallio, amuleti gratia, indigere videant. Equidem nil aliud q̃ falso nominatā scientiam, & inanem deceptionem, vt Apostolus inq̃t, iuxta traditionem hominū, iuxta elemēta mūdi, & non iuxta christum. q̃z nōnulli pfitentes, circa fidem aberrant, semp̃ discentes, & nūq̃ ad veritatis cognitionem puenire valētes. non q̃ artem vituperem, quæ vt Cicero ait, sicut sobrie pcepta ingeniū acuerē, ita & puere re poterit, si multum tēporis, ac de verbis magis, q̃ de rebus, deq̃ victoria magis q̃ de veritate sollicitum teneat. quod viciū, tam christianorū Theologi, q̃ gētilium

falsæ philo-
sophie can-
sa.

sapientes, ad modū prudētię cōtrariū esse putauerunt. Proinde dialectices cognitionē, & Theologis nō idignā, & doctissimo ac optimo cuiq; ornamēto esse existimo. dūmodo sincera, & nō deprauata tradat, dūmodo tpe & modo intra suos terminos coherceat, & nō cū litteris cōfundat sacris, quoniā nullū cōsortiū Christi & Belial. lucis & tenebrarū. verū nō parum multos inuenies, qui absq; deprauata illa cōcertatiōe, ac arguciarū fuligine, sanctissimā Theologiam cōsistere minime posse existimant. hinc est q; vetus testamentū a similib9 negligit; nouū q̄si Idiotis scriptū vilipendit, Apostolorū doctrina vix lectiōe digna putat. Hinc q; diuus Hieronym9 tanq; grāmaticus cōtemnit, beatus Augustinus etiam num ignoratiā damnat, quē dicaculi illi nec argumēta sua si in vitā reuerteret, intellecturū somniāt, non ppter rudem illam & insignē barbariem, sed quia instātiarū, relationū, ampliatiōnū, restrictiōnū, formalitatū, hecēcitātū, quidditatū, & reliqua id genus portentosa vocabula ignoraret. quicquid enim sylogismoꝝ spinositate nō intorquet, id penit9 a Theologica eruditiōe alienū putāt. atqui Apostolo & diuo Hieronymo teste, sanctissima Theologia, dialecticis nō indiget involucris, quæ solum ambiōis sint cōmēta, & ideo sacris intermixta, vt sciētia cognitu difficilior putaret. quid igit mirum si tam inepte pleriq; viuāt, cū tam inepte philosophent? qd mirū, si a litigādi cōsuetudine eam cōtrahāt labem, vt inter oēs & in omnib9 superiores esse cōtēdāt? Quid deniq; mirū? si cū inprophanis gentiliū studiis cōfescant, minus christianā Theologā, & rectæ viuēdi normam, tenere videant. Proinde Hēbreos & Mahumetanos assidue legē suā manibus versare, & in illa meditando operam quotidianā insummere cernimus, apud

Dialectices
cognitio di-
gna.

Nulla gēs
magis legē
suā negligit
q̄ cōtiana.

christianos vero nō defunt, q̄ Euāgelicæ doctrinæ bene
 multa, tanq̄ præstātiora, subtiliora, & vtiliora præferre
 soleāt. omnēq̄ Theologiæ vim in sola speculatiōe po-
 sitā esse arbitrant̄, qua & superna recte cōsiderare, in-
 ferna vero prudēter gubernare, potissimū vero Hæreti-
 corū decipulis se obuiam ire posse iactitāt, tāq̄ Hussi-
 tana labe quotidie haud latius serpat, & magnā Bohe-
 miæ & Morauix partē, nō sine Christiani noīs damno
 & ignominia late occupauerit. Hæreticos igit̄ poti⁹ ad
 verā religionē cōuertere decebat, quā christianorū famā
 tam sordidis & viciosis verbis depeculari. vtinā minus
 quidā cōtemplarent̄, plus vero bene agēdo proficerent
 quādoquidē non verbis, sed operibus laus debet̄, & is
 maxime, ut Plato ait, audiēdus, cuius dictis facta cōue-
 niūt. Nunc vero quādoq̄ adeo scēliciter speculatiōi in-
 cumbūt, vt post multorū annorum cōtemplationē, post
 tercii cœli peragationē, sup̄ Donatū, vel Alexandrum
 Gallū, cōmentaria scribere haud pudeat. Non o Amici
 si quis persuasione ppria, doctrinæ opinionē induerit,
 aut Theologico noīe sibi ipsi dignus videbitur, ideo &
 cōfestim mihi doctus, seu Theologus erit, quēadmodū
 nec s̄ctus, si s̄ctitatis opera min⁹ præstiterit. equidē
 magnū quid, & multa laude p̄sequendū cēseo, si qs ad
 tantæ eruditionis fastigiū aspirare, ad tam exoptatam
 metam puenire valeat, vt Theologica appellatiōe nō
 indignus habeat̄, quādoquidem nō vulgi opiniōe, nō
 æqualiū adulatione frigida, sed vigiliis, sudoribus, al-
 gore, inedia, immēsis deniq̄ ac infinitis laboribus, tam
 præclarū ac ingētis sapiētix nomen acquiri poterit. Si
 quidē præter grāmaticā litteras latinas, gr̄cas, & hæ-
 breas callere necesse est. latinas, ne ob linguæ ruditatē
 Barbarus potius q̄ Theologus esse videat̄. Gr̄cas,

Latine litte-
 re discende.
 Grece.

quoniā sine illis, nec cyclicæ disciplinæ, nec Aristoteles ipse intelligi queat. vt interim quātū fidei nostræ pdesse valeāt pretereā. Hæbreas quia i illis, & veteris & noui testamenti mysteria cuncta deliteant. dein Dialectica quoq; discat, verū sincera, & suis terminis circūscripta. Proinde si Theologo Rhetorica defuerit, haud intelligo, quo pacto pplo christiano verba veritatis annūciare valeat, si saltē vt vulgus intelligat docere, & ita affectus mouere velit, vt obiter aculeus in hominū mētibus relinquat. q. si idoctræ plebeculæ cōclusiōes, corrolaria, porismata, & reliqua dialecticæ incognita vocabula, nimis iactanter ostētare uelit, dormiat, seu penitus actio frigescat, necesse est. naturalis præterea ac transnaturalis, ad vnguē noscēda est philosophia. verū nō solū ea, quā Aristoteles diligētissime psequutus est, sed & diuinior illa, in qua sine cōtrouersia optimus Plato palmā obtinuit, quē & Tullius philosophorū deū nominat, & diu⁹ Augustinus ideo elegisse fateat, quoniā de vltimo hoīs fine, & de natura diuina, melius cæteris philosophis dixerit. vt interim dereliquis, tam nostris, q̃ græcis sileā Theologis, q̃ omnes vno ore fatent, Chriānæ religioni, maxime Platonica, cōuenire Theologiā. verū illa absq; q̃tuor mathematicis disciplinis, Geometria sc̃, Arithmetica, Musica, & Astronomia haud pfecte intelligi poterit. q̃propter in Platonica scholæ vestibulo inscriptū fuisse, memoriæ pditū est, nemo huc geometriæ expers ingrediat. igit̃ & illæ discant. quo enī pacto quis absq; numeris Pythagoricis, seu Platoniciis lineis, animi generationē cognoscere posset? quēadmodū ex elementis, & linea recta, in circulū flexa cōstituatur, & p quē modū ex eodem circulo duo pducti, quorū ex altero septem annexi circuli, naturæ animæ tribuant, Sed & qd Plato

Hebreæ.

Dialectica
discenda.

Rhetorica.

Philosofia.

Platonis
philosophia

In Timæo

In Parme-
nide.

de primo omniū ente, & ei⁹ summa simplicitate, ac vni-
tate sentiat, quēadmodūq; æquiuoce, quō vniuoce, ens
de entibus predicet, scire opepreciū est. Quid de eter-
nis & incorporalib⁹ substantiis, utrū ex nō ente omnino
an ex ente aliquo modo, & aliquo mō nō ente pductæ
sint. Quid de essentiarū incorporearū differentia, num
aliqua distinctio sit, ī substantiis separatis præter intel-
lectū. Quid de formis, an formæ aliquæ sint separatae,
an prorsus inseparatae, q; si separatae, utrū p se substēt,
an in secūdis animi cōceptibus posite sint? num formæ
abstractæ sint cōpositæ? Vtrum mūdus ingenuus atq;
æternus? vel genitus & fluxus? aut simul genitus, & in-
genitus, & æternus. Quot motuū genera, quid de pui-
dētia philosophet, & an p se sit, vel p accidens, de fato,
de libero arbitrio, & reliquis innūeris, vt ex multis ad
modū paucula delibem. quin & hoc scire refert, in qbus
Plato & Aristoteles dissidere vident, quid apud Aristo-
telem materia & forma. Quid apud Platonē magnū &
parū, & cur materiā, hoc aliquid appellarit, an prima
vel secūda substantia potior sit, utrū Aristoteles animā
mortalem esse voluerit nec ne, quibus rationibus Plato
ī immortalitatē pbet? quo pacto Entelechia, motui quo
per se anima mouetur cōueniat? quid vehiculū animæ
Plato appellarit? & an virtus atq; honestū, vel potius
cōtemplandi scientia vltimus hominū finis censerī de-
beat. hæc & cūcta reliqua, in quibus tanti viri, seu con-
ueniant, seu discrepent, siue in rebus naturalibus, siue
diuinis, siue iis quæ ad mores, siue ad differendi ratio-
nem ptinent, virū doctū, & Theologico nomine dignū
examussim scire decet, p inde historia quoq; Theologo
haud negligenda videt, quoniam illa & libri sacri sunt
referti, & res gestæ ac temporū omniū ratio illius sene

In Phœ-
done.

Historia

recte explicant. præcipueq; is sapiēs habetur, qui ex
 præteritis futurorū euentum, prudēter colligere, & gna-
 uiter præuidere nouit. Porro, si Theologus nec iure no-
 stro tam diuino q̃ humano peritus erit, non video quo
 pacto diuina scite, ac sancte gubernare, vel humana so-
 lenter, & legitime administrare valebit, nil igit q Theo-
 logica laurea se dignū arbitrat ignoret, sed ita pruden-
 tia, eruditiōe, vsu, experiētia excelleat, vt plane quēpiā
 exquisitæ sapiētia & doctrinæ virum referre videatur.
 Qualis olim fuit Io. Camerarius vangionū episcopus,
 Io. Picus Mirādulanus/Bohuslaus de Hassenstein/Io
 Keyserpergi⁹/Engelhardus Funck. Io Rays. Io Cuno,
 memoria quorū inter beatos ppetuo cōnumaretur/ Ex
 viuētibus vero q̃lis est Reuerēdissimus Princeps Car-
 dinalis Gurcensis, Io. Fran. Mirandule dominus/ Her-
 man⁹ comes de Neuenar. Bernardus Adelmā/ Iacob⁹
 de Bānissis Decanus Tridētī⁹/ Marquardus de Stein/
 Sebastianus Sperantius hic Babenbergēsis, ille vero
 Brixinēsis Præpositus/ Bolfgangus de Tanberg Pata-
 uieſis/ Erhardus Truchses Eyſtauiēsis, Andreas Fuchs
 cum fratre suo Iacobo Babenbergēsis decanus/ Io. de
 Staupitz Augustinensium vicarius/ Kilianus Leyb in
 Rebendorff Prior, doctrina trilinguis/ Io. Macheyſen mi-
 norum prouincialis minister/ Gregorius Muffel Car-
 melitarū puincialis/ Melchior Pfintzing diui Sebaldi
 Georgius Beheym sancti Laurētii Nurenbergæ Præ-
 positus/ Erasmus Roterodamus/ Io. Speyserius/ Io.
 Eckius/ Paulus Phrygio/ Io. Oecolampadius/ Esticam-
 pianus/ Io. Cöcleus/ Thomas Murner minoritanus/
 Vuenceſlaus Linck/ Martinus Lueder Augustiniani/
 omnes sacræ Theologiæ doctores/ Theodericus zobel
 Io. Questēbergius/ Iacobus Vuimpfelingius/ Georgi

Ius diuinū
 & humanū.

us Reus Nurenbergæ, Georgius Reyst Eriburgæ Car
 thusiani priores Vuolfgangus Volprecht Augustinen
 sium Nurebergæ prior Io. Lang, Io. Fug. & ii Augusti
 niani Io. Cæfareus, Córados Pelicanus minoritanus/
 Benedictus Chelydonius Hieronymus Emser/Mucia
 nus Ruffus, Io. Bernerus/ Georgius Spalatinus/ Tho
 mas Venatorius, Io. Hanerus. & qualis tu in primis
 existis doctissime mi Laurens, vt ex multis paucissi
 mos recenseam, consultoq; præteream reliquos littera
 riæ rei procures, q sacris initiati nō sunt, moribus tamen
 ac vitæ probitate admodum excellant. super omnia
 veto Theologus viciis omnibus careat, ac virtutibus
 cunctis abundet, ne facta doctrinæ contraria esse de
 præhendantur, quoniam non in verbo neq; lingua, sed
 opere & veritate laus omnis cōsistit. atqui non ex omni
 ligno mercurius exculpi poterit. vex haud ita sentio, q
 sine litteratura Ethnica christi doctrinā, mancam esse
 putem. absit hoc, nam sapiētia diuina, humanis nō in
 diget inuētis. ideo & absq; Platone, ac Aristotele, etiam
 ad summū Theologiæ fastigiū viam patere certissime
 scio. & planiorē sane p quam ex nostris Hieronymus,
 Augustinus Ambrosius Hilarius, & reliqui innumeri,
 ex græcis Origenes, Basilus, Nazāzenus, Athanasius
 Cyrillus, ingressi sunt. nō reprehēdo si quis beati Tho
 mæ, vel subtilis Scoti, reliqua deniq; cūctorum specu
 lantium scripta, vel ad vnguē calluerit, verū sacras litte
 ras cūctis gētiliū nugis, longe antepōnēdas esse duco.
 in illis itaq; ingeniū exerceant Scoli, & puerilibus Isa
 gogarum cōmentatiōibus inuigilare nō desināt, dūmo
 do pfectioribus, quos viderint excelsiora, digniora, ac
 meliora eligere, nō inuideant, sed potius æqui boniq;
 faciāt, si illos christi dei nostri euāgelicā doctrinā,

Sine gentili
 um litteratu
 ra theologi
 enadere pos
 sunt.

Dialecticę, vĕtus instrumĕtum Phisicę, magni Pauli & Apostolorũ dogmata Methaphisicę, priscorũ deniq; Theologorũ scripta logicę pręferre cognouerint, vtpote quę pro supbia humilitatę, p contĕtione æquanimitatem, pro inuidia Charitatę, p cũctis demũ viciis virtutes cũctas amplecti doceant. Eristicam & spinosam Theologiam sibi retineāt, iis qui speculando cœlum cōtingerere nequeũt actiuam & euangelicam relinquāt. Qua tu, vt ad te meus vertatur sermo, optime ac venerande Capnion, potissimũ instructus, omnes iniurias ac cōtumelias, vt christianum decet masculo feras animo, quemadmodũ enī qui cōtra æquitatem p̃ximũ suum ledit, vir bonus haud appellari meretur, ita, & vir fortis minime erit, q res aduersas tolerare nequit, maxime linguę rabiem, ac imperitorum voces profanas, in primis itaq; regiũ esse putato, male audire, pręcipue a palliatis illis mēdicabulis, & quę innata sua inuidia se met torquere solēt. siquidē nemo vnq; tam absolutę foelicitatis fuit, q malignātium dētes & calumnias euitare valuerit, nec vlla ratione fieri poterit, vt viris magnis maledici desint. nam vt de pphetis & christo deo nostro, tanq; maiori q rebus comparet humanis sileā, nōne omnes vini boni ac virtute pręditi, semp & vbiq; psequutionem perpassi sunt. & vt Ethnicos pręteream, quid Alexander pręsul Alexādrinus, qui in cōcilio Niceno cōtra Arrium subscripsit, ab æmulis ppassus sit legisti, qd Origenes, Cyrillus, Gregorius Nazanzenus, Athanasius ab Arrianis, Basilius a valēte, Cyprianus ab inuidis, Tertulianus a clericis, Chrysostomus a muliere etiā pulsus est, Boecius a Theoderico interfectus, diuus Hieronymus & Aurelius Augustinus, nunq; improborum caruere morsibus. ergo igit̃ generosissime

Consolatio

Reuchlyn tu ne cede malis sed cōtra audentior ito, deo
enī dignus es visus, in quo experies quid pati posses.
liquidem nil tibi pdesset laudari ab illis, quibus place-
re peccatū est. si hominibus placerem Apostolus inqt,
chrī seruus nō essem. nulla maiori laude affici poteras,
q̃ tam improbe culpāri. vsq; ad tps scriptū est sustine-
bit patiens et postea redditio iocūditatis. nil deerat qd
virtutū tuarū cumulo accedere posset, maximis honori-
bus functus eras, eam vitā exegeras quā optimus qsq;
etiam votis expetere deberet, in te natura omnes vires
suas cōtulerat, eruditione vbertim excellueras, litteris
latinis ornamento fueras, græcas ferme primus germa-
niæ intuleras, Hæbreas nō absq; singulari industria, &
ingēti admiratiōe didiceras, foeliciissimi igenii tui q̃ plu-
rima, sed non vulgaria monimenta reliqueras, tam nu-
merosis. igit̃ artibus, ac supra captū cogitatiōis ardu-
is, cursum cōpleueras, ac solū hoc deerat, vt aduersitate
aliq̃ insigni, animi tui magnitudo pbaret̃, actanq; au-
rū igni examinaret̃. en occasio tibi oblata est ægregia,
q̃ fortitudinis, cōstatiæ, ac pbitatis tue, specimē singulare
præbere posses. illā igit̃ benigne amplectere, ac aqua
nimis & patiēter aduersitates tuas sustine, maxime ve-
ro linguæ violentiā, ac verborū temeritatē, quæ nil ali-
ud q̃ scelerati animi idicia & testimōia existūt. Siqui
dē insimulari quis innocēs potest, reuinci nisi nocēs nō
potest. magnumq; exemplū nisi mala fortuna nō inue-
nit. ac solum eum quē diligit deus corripit, & castigat
omnem filium quem recipit, nisi certares minime coro-
nam reportares, quis enī sanctorū sine tribulatione coro-
natus est? aut qs vnq; tam absolutē foelicitatis extitit (si
tamē foelicitas aliq̃ reb⁹ humanis inesse potest) vt vitā
sine miseria, calamitatibus, erumnis, aut saltem aduer-

sitatibus quibusdā exegerit: q̄ si quā indigna & nephā
 da ego quoq̄ ab æmulis ptulerim, recēdere debere, ante
 diē clauso cōponet vesp olimpo. verū diuina benigni-
 tas, me huculq̄ ab inimicorum insidiis tutum reddidit,
 ac ex ore leonis & draconis animā meam cū iam mini-
 mo minus interiret q̄ sepissime eripuit, laudabilis vero
 tolerātia, qua ferme obcallui, & qua nil in hominibus
 prestantius aut commodius reperiri poterit, omnes ad-
 uersitates æquanimiter ferre docuit, pariter & tu exupe-
 rantissime Reuchlyn, sup dominū curam tuam iacta,
 & ipse te enutriet, ac causam tuā discernet, nemo enī qui
 domino credidit derelictus est, & nemo qui in eum spe-
 rauit cōfusus est, q̄ nisi tecū fuisset tot aduersitatib⁹ resi-
 stere minime potuisses, sed patiētā Iob audiuisti, & fi-
 nē domini cōspexisti, q̄ est benedict⁹ ī secula. Proinde
 qd Zoilis nostris, ob tam impudētem et multifariā ver-
 bigerationē imprecemur, num superiorū & inferiorum
 gratiam malam? num vt species mortuorum, & quicqd
 manium ac laruarum ubiq̄ est, semp obuias habeant?
 omnia noctiū occurfacula, omnia bustorum formida-
 mina, omnia sepulchrorum (vt ille ait) terriculamenta,
 num haud tolerandā fœminei sexus indignationem?
 num magni dei, num pphetarū maledictiones vniuer-
 sas? num eorum instar, vt erubescant, & in æternum in-
 gemiscāt? minime gētium, absit enī vt & nos sub chrīani
 nominis pretextu, Iudaizare, aut veteratorū quorundā
 pfectissimi discipuli esse videamur. sed qd precemur?
 scilicet vt cōuertant⁹ & viuant, saniolem mentē induāt,
 iram comprīmant, linguā & affectus refrenare discant,
 meliores laceffere haud pergāt, maliciā, arrogātiā,
 inuidiam, cū reliquis viciis cūctis longe arceant, igno-
 rantiam deponāt, animum optimis disciplinis excolāt,

Conclusio.

Euangelicæ veritati sedulo inhereāt, Paulinæ & priscorum Theologorum doctrinæ rectam operam impendāt, a Sophistica garrulitate defināt, verbis & operibus legitime philosophari asueſcāt, maledicere & malefacere penitus dediscāt, deniq; omnē maliciam abiiciāt, virtutemq; adeo amplectētur, vt eam sanctitatē & innocentiam, quā verbis, moribus, victu & vestitu, coram hominibus referre vidētur, etiā in cōspectu altissimi, plane operibus, & re ipsa præstare valeāt. Cæterum ne iam epistola fabulam ipsam prolixitate sua exuperet, ad te mi Laurens noster redeat sermo. ego cum animi laxandi gratia Luciani Piscatorem plegissem, ac is p belle nostri Capniōis negotio cōuenire videret, precium operi haud defuturum putaui, si eum in latinam linguam cōuertissem. Cum vero conatus inter tot negocia, vtcūq; successisset, potissimū tibi, nasutissimi hominis sales dicaui, Cum quia vetus amicitia, olim Romæ cōtracta, cum magno tibi intercedit Reuchlyno. cuius doluisti sepe dolore. tum quia officiis, & amoris tuo, studiorum meorū partem haud tenuem deberi existimē, Equidē natura rerum parens, cum vires suas experiri, ac quid efficere posset. in te vnō ostēdere vellet, præter ingenii foelicitatem, & eruditiōis copiam, ea te donauit humanitate, ea ornauit comitate, vt nil tibi esset iucundius, nil exoptabilius, q̃ si ea, quæ sub mercede & multis didiceras sudoribus, amicos tuos gratis docere posses. hinc est, q̃ haud parum multa, quæ antea ignorabam tam in Astronomia & Mathematicis disciplinis, q̃ secretiori philosophia (nō de supsticiosa sed sancta loquor) arte medēdi, ac marcialiū tormētorum vsu a te pceperim. siqdem, haud secus belli q̃ pacis, artes egregie calles. vtpote qui, vi, Alexandri machinæ quondā præfectus

fueris. sed utinā cum tam innumerata doctrina sis præditus, ut nil te, siue in diuinis, siue humanis litteris fugiat, longa rerū experientia admodum excelleas, Græca & latina facundia ita polleas, ut nemo tibi ætate nostra præferri possit, plus cōmuni studiosorū utilitati cōsulere, magis posteritatis curā gerere velis, quoadmodū in literario delitescere ocio, ac tibi ipsi potius viuere, q̃ instar Bilibaldi nescio cuius Criticorum subire censurā, tutius arbitraris. Sed utrum id laudabilius, nō præsentis est discussionis. Proinde optime Laurens, nugacissimi Luciani, nō penitus nugaces, suscipe nugas, ac eum cum genio indulgere, ac frontem exporrigere volueris, in manus sumes, siquidem & si, lepore, iocis, ac salibus, vndiq; sit refertus. vafer tamē vicia tangit, & admissus circum præcordia ludit. Vale fœlix mi suauissime ac ornatissime Laurens, ac Capnionem nostrum, & me amare non desinas, Salutat te Stabius noster qui a Casare reuersus inchoato operi feruenter incumbit. Ex Aediis nostris tertio kalendas Septēbris, Anno redēptionis nostræ, M. D. XVII.

Oratius

Τῶν γὰρ ὑβριζόντων ἡ θρασύτης κόλασις.

¶ LVCIANI PISCATOR SEV
REVIVISCENTES,

Socrates.



Niice, iniice lapides crebros execrandum in
hunc, piice glebas, adiice testas, percutere fusti
bus calumniatorem, vide sis ne effugiat, &
tu Plato, iacta, & tu Chrysippe, tu quoque, agi
te, omnes pariter in illū obarmemur,
Pera ut reddat opem perā baculusque bacillo,
Siquidem communis est hostis, nec quispiam e nobis
existit quem non iniuria affecerit, tu vero o Diogenes,
si unquam alias, precipue nunc baculo utere, non desinas,
dignas conuiciator penas luat, quid hoc rei est? nūquid
Aristippe defessi estis? atqui minime oportebat,
Este Cati, atque acris nemo non immemor irarū.
Aristoteles, accelera, quin propius accede, bene habet
capta est fera, depræhensus ne es scelerate? porro confe
stim intelliges quos nam viros maledictis tuis laceſſie
ris, verum quale nam fatum ipsum manebit? siquidem
varium quoddam mortis excogitabimus genus, crude
litate cuius omnes exaciari valeamus, etenim æquū est,
sepius eum singulis nobis morte poenarū expendere,
PLATO mihi quidem per Iouem erutis oculis, abſci
ſaque lingua, cruci suffigendus videtur, prius tamē flagris
ceſus, Tibi vero Empedocles quid? EMPEDOCLES
in Ethnæ crateras precipitandus, ut meliores conuiciis
inceſſandos haud esse addiſcat, PLATO quinimmo
optimum eſſet, si Penthei vel Orphei inſtar inter pe
tras dilaniatus inueniretur, ita ut particulā vnusquisque
digrediens ſecum auferre poſſet LVCIANVS minime
verum mihi parcatis obſecro SOCRATES arctius
aſtringe amplius non dimitteris num quid Homerus
dicat vides,

Non est tuta fides hominum generiq; leonum
LVCIA. atqui & ego quoq; per Homerū vos oro, forsi-
tan enī illius reueremini carmina, meq; versus cōnectō-
tem haud spernetis

Me viuū capite haud hominē prauū, hec quoq; dona
Suscipite, æsq; aurum quæ curant & sapiētes.

PLATO verum neq; nobis aduersum te HomERICA
deerit respōsio, audi igitur,

Nec mihi mēte fugam tu persuadere valebis,

Postq; te teneo, & licet aurea verba loquaris.

LVCIA. Hei malorū, siquidem spes maxima Home-
rus, nos frustratur, ad Euripidem igit' mihi cōfugiendū
erit, siquidem ille me forsitan saluabit

Ne supplicem interficite, haud fas occidere est.

PLATO Atqui nunquid & hæc sunt Euripidis?

Scelesti qui patrarunt mala decet pati.

LVCIA Igitur iuxta verba hæc me interficietis?

PLATO Recte per Iouem, inquit enī ille idem, Effre-
nīoris & exlegis demētię extremū infortū occupat.

LVCIA Proinde quoniā omnino me interficere decre-
uistis, nullumq; mihi restet effugium, Agite, saltem hoc
mihi indicate, qui nam estis, quæue tam intoleranda a
nobis ppeffi sitis, vt tam intoleranter irascamini, ac me
mortis causa cepitis, PLATO qbus nos affeceris cōtu-
meliū, a teipso sceleratissime pquire, bellulisc; illis tuis
sermōibus, in qbus philosophiā ipsam, cōuiciis laceffi
uisti, erga nosq; iniurius fuisti, cū tanq; ex cōciliabulis
viros sapientes preconio diuulgares, & qd' maximum
est, liberos, q̄propter indignatione mori, ppter te emer-
simus, ac tātis per inferos dereliquimus, Chrysippus iste,
ac Epicurus, Ego quoq; Plato, & Aristoteles ille, silens
q; hic Pythagoras, Nec nō Diogenes, oēs deniq; quos

sermonibus tuis infamasti LVCIA respiraui, siquidē
nō me interficietis, si intellexeritis qualis nam ego erga
vos extiterim, q̄propter lapides abiicite, quin potius
reseruate nam cōtra meritos vsui erūt PLATO nuga-
ris, te etenī hodie perire necesse est, iamq; adeo ob per-
petrata scelera, lapideum indues amictum LVCI atq;
viri optimi, quem solū ex omnibus laudare oportebat,
familiarem vestrū, beniuolum, & cōuenientē, qn si plo-
qui molestū nō est, studiorum vestrorū procuratorē, vt
intelligatis, interficietis, si me occideritis, qui tot ppter
vos labores exanclauī, videte igit ne instar philosopho-
rum qui nunc sunt agatis, vt ingrati, iracundi, ac perfidi
erga virū beneficū videamini PLATO proh impudē-
tiam, nūquid tibi ob cōiucia gratias debemus? vere hic
cum mancipiis sibi rem esse existimat. quādoquidē ob
tantas iniurias, verborūq; debachationē, beneficia no-
bis enumerare conat̄ LVCIA vbi nam ego, vel quādo
vos iniuria affeci, qui semp philosophiam admiratus,
ac vosipsum summis extuli laudibus, cum sermonibus
quoq; a vobis derelictis assidue cōuersatus sum, quin
& hæc ipsa quæ p̄loquor, vnde quā a vobis accepi, ac
instar apiculæ decerpēs, hominibus ostēdo? at illi lau-
dant, ac vniuscuiusq; florē, vnde, a quo, & quēadmodū
collegerim agnoscūt, meq; oratione ob florigeram hanc
messē cōmendant. sed veri⁹ vosipsum, ac prata vestra
amenissima, qui tam varia & versicoloria p̄duxistis ex-
tollunt, quæ si quis recte secernere, cōnectere, ac cōcin-
nare nouerit, ita vt minime alterū ab altero discrepet,
nūquid cum tam egregie quis a vobis affectus fuerit,
obloqui conabitur, viris benefactoribus, quorū gratia
existimatiōis alicuius esse reputat? ni eiusdē sit naturæ
cuius & Thamyris vel Euritus, ita vt vel musas, a qbus

canendi normā accepit, canēdo, vel Apollinem iacula-
tionis præceptorem, iaculādo, prouocare audeat PLA,
verum generose, hæc omnia Rhetorū more, ac maxime
rebus cōtraria ptulisti. siquidē pteruiorē tuam ostēdūt
audaciā, manifestāq; præ se ferūt iniusticiam, ac ingra-
titudinem, si cum a nobis, vt ipse fateris, iacula accepis,
ea cōtra nos iaculatus es, hunc vnum scopum obseruās,
vt nos omnes cōuiciis lacefferes. talem siquidē a te cōse-
quimur gratiam, quoniam prata illa florida tibi resera-
nimus, nec vt decerpes, sinuq; repleta discederes inhi-
buimus, ideo maxime ob hanc noxam mori dignus es
LVCIA videte, ire aures præbetis, & quæ iusta sunt
minime cōsideratis, ego vero me nunq; in Platonis, vel
Chrysippi, seu Aristotelis, aut reliquorū vestri ordinis
irā incidere posse existimassē, sed lōge ab illis mihi
distare videmini, verū o admirādi, ne indemnātū, cau-
saq; nō cognita me interficiatis. q̄uis & id vos deceat,
ne vehemētia, ac manifesta violētia grassari videami-
ni, iure scz, cōtrouersias dissoluere, ratiōes dantes parit̄
& accipiētes, iudicem eligere, meq; vel vna omnes accu-
sare, aut quī omniū vice id agat eligere, Ego vero obie-
ctis respōdere sum paratus, & si aliq; in re iniurius esse
cōuictus fuero, ac ita de me statuerit iudiciū, merita ex-
pendā supplicia, vosq; violētum nil ppetrabitis. si vero
crimina diluere videbor, ac insons & ab omni culpa ali-
enus esse inueniar, me iudices dimittēt, vos vero i eos q
vos deceperūt, ac cōtra nos instigarūt iram cōuertetis
PLATO hoc illud est, equum in campum vt iudices
eludere queas, educere conaris. siquidē te Rhetorē, &
causidicum vehemētem, in orationibusq; admodū calli-
dum esse dicūt. Proinde quē nam iudicem fieri cupis?
quē muneribus vt pro te sentētiā ferat (qualia iniusta

multa ppetrare cōsueuistis) corrumpere haud valeas:
 LVCIA cōfidite, huius enī rei gratia, nullum arbitrū
 suspectum, vel ancipitem, seu qui p me iniuste calculū
 ferat, mihi euenire desydero. & vt certius id cognoscere
 possitis, Ego philosophiam ipsam vna vobiscū iudicē
 eligo PLATO at quisnam accusabit si nos iudicaueri-
 mus? LVCIA vosmetipsi accusate & iudicate, neq; enī
 illud timeo quoniā tam iusta antecello causa, tamq; lu-
 culēter & abunde me respōsurum cōfido PLATO qd
 faciemus o Pythagora & Socrates? nam vir iste quoniā
 iudicio experiri dignum ducit, haud absurde puocare
 videtur SOCRATES quid vero aliud q̃ vt ad iudi-
 cium pgamus, assumptaq; philosophia, quid nam re-
 spōsurus sit audiamus. nam absq; cognitione quid co-
 nari, nō ad nos, sed potius ad viros quosdam iracūdos,
 & qui iusticiam in manibus sitam cōtinent, spectare vi-
 detur. præbebimus enī occasionē obloqui volētibus, si
 virum lapidabimus, nec pro se respōdere pmitteremus,
 & hec nosmetipsi iusticiæ valedicētes, pinde qd Anitō
 & Melito accusatorib⁹ meis, vel qui me tum damnarūt
 iudiciis, respondebo, si hic inauditus occubuerit, &
 aquæ omnino compos nō fuerit? PLATO recte o So-
 crates admones, ad philosophiā igitur pgamus, & illa
 quidē diiudicet, nos uero quicquid statuerit amplecte-
 mur LVCIA Euge viri sapiētissimi, meliora hec & ius-
 tiora, lapides vero vt dicebā seruate, siquidē paulopost
 in iudicio indigebitis. verū vbi nam philosophiā quis
 inueniet? vbi enī habitet non noui, q̃uis longo circum-
 errauerim tēpore, domū ut eam cōuenire possem que-
 rens, inde in quosdā, uilib⁹ amictos uestibus, barbasq;
 pmissas gestatibus incidi, qui cum ad eandē se pergere
 asslererēt, eos scire existimās, interrogaui, at illi, quoniā

Oratores
 ad aque mē-
 suram pora-
 bant.

me longe plus ignari essent, ne de ignorantia redargui possent, uel omnino nil respondebant, uel ianuam aliā pro alia ostēdebant. ego uero in hunc usq; diem, domū repire haud quiui. Sepius uero ipse suspicans, uel ductore quopiam, ad quasdā ianuas pueni certissime tum inuenisse sperans, a multitudine ingredientium & egredientium coniecturam sumens, qui omnes seueritatem quandā pre se ferebant, forma erant decora, uultu uero meditabūdi. hosce insequutus, & ipse quoq; sum ingressus. ibi uiraginem conspexi quandā, non incuriose, sordide, uel incōcinne excultam, verū q̄ primū deprāhēdi, eam pendulos cincinnos minime ornādo negligere, uelut cultū studiose affectare. & q̄uis tam exquiritis mūdiciis ornata esset, cultum tamen decoris gratia dissimulare nitebatur. apparebat & fucus quidā, lenociniūq; & uerba perq; meretricia. ab amatoribus uero laudata, admodū gaudebat, & si quis aliquid dedisset, auide suscipiebat. opulētiores quoq; iuxta se locabat, amatores autē inopes nec aspicere dignabatur. Sepius quoq; cū se casu denudasset, torques aureas, anguillis crassiores cōspiciebam. hec cum uidissem, cōfestim ad pedes sum cōuersus, oppido q̄ miseratione cōmotus, ob infaelices illos nō naribus, sed barbis ad illā ptractos, ac Ixionis instar, p Iunone Idolo congregiētes PLA. hec quidem recte dixisti, nō enī manifestum nec cūctis notum est hostiū, atqui haud necesse erit ad illius accedere domū hic enī i Ceramico ipsam opperiemur, illa uero iam adierit, ex Achademia reuertēs, ut etiā in Pœcilo obambulet, id enim quotidie facere cōsuevit. quin potius iam presto est, uides ne ex effigie decorē, māsuetudinem ex aspectu, ipsam uero cogitabūdam placide incedere? LVCIAN multas effigie, incesu, & uelitu

Ceramicus locus Aithenis ubi q̄ in bello ceciderant sepeliebantur. A uarietate picturarum pocil⁹ dict⁹ porticus nā ibi bella uaria q̄ athenienses aduersus hostes gesserant depicta erant meminit Pausanias.

similes video, atqui inter has omnes solū vna vera est
philosophia PLATO recte loqueris, verū quæ nā sit
cū solū loqui cœperit ostēdet PHILOSOPHIA Pape
cur Plato, Chrysippus quoq; & Aristoteles, nec nō reliq;
omnes, ipsa mea disciplinarum capita apud superos?
Cur rursus in vitam? ecq; vos ex inferis leſit, iracūdis si
miles estis. quis nā hic existit? quē cōprehēsum ducitis?
nūquid fur est? seu homicida? vel sacrilegus? PLATO
ita p Iouem o philosophia, & omniū sacrilegorū inqui
natissimus, q te sanctissimā maledictis incessere cona
tus est, pariterq; nos omnes, quotquot abs te quippiā
didicimus, ac posteris vtēdum dereliquimus PHILO,
itaq; maledicēte quopiā indignamini? cum sciatis quæ
nam ego a comœdia in Dionysiis audire soleo, attamē
īpsam amicam esse duco, neq; in ius voco, seu accedens
īncuso, verū cōueniētia, & festo cōgruētia ludere pmit
to, noui enim q; nil ob scommata redditur deterius, sed
ecōtra quodcūq; bonū existit, tanq; aurum cum erutum
īnciditur, clarius relucet, fitq; splēdidius. at vos nescio
quēadmodū iracundia, ac indignatiōi accēsi estis? pin
de cur eum strangulatis? PLATO vnum hunc postu
lantes diem, cōtra illum emerſimus, vt ob cōmissa male
facta dignas pſoluat pœnas. Fama etenī cognouimus
qualia cōtra nos in vulgus sparserit. PHILO igit eum
īndemnatum ac inauditū interficietis? atqui dicere qd
velle videt PLATO minime, verū negociū omne tibi
cōmitteremus, vt cognita causa quicqd visum fuerit statu
as, PHILO, Quid tu ais? LVCIA, hoc idem o Hera
philosophia, quādoquidē sola veritatem īnuenire potis
es, vix enī multis obtinui prœcibus, vt tibi causa dele
garet PLATO nunc o execrāde, ipsam dominā appel
las, pauloante vero rem esse turpissimā philosophiam

assererebas, cū in tāto theatro, etiā p duobus obulis unū
 quēq; singulatim venalē pponeres, meministi ne sermo
 num? PHILO, atq; videte ne nō philosophiā iste, verū
 prastigiatōres viros, sub vestri nominis obtentu multa
 ac fœda cōmittētes maledictis infectatus sit LVCIA,
 Quā primū cognosces si saltem respōdentem audire ve
 lis. tantūmodo ad Arium abeamus pagum, seu potius
 in arcem ipsam, vt tanq; ex specula cuncta pariter quæ
 in vrbe sunt manifeste pateāt, PHILO, at vos o amice
 in Pœcilo tantisp deambuletis porticu. adero etenim q̃
 primū diiudicatum fuerit LVCIA Quænam o philo
 sophia hæ sunt? nam & ipse admodū ornata esse vidē
 tur PHILO virilis hæc virtus ipsa, illa vero modestia,
 penes quā iusticia, at antesignana disciplina, dubio ve
 ro colore, & vix apparens illa, veritas est LVCIA non
 video quā nam dicis PHILO nōne inornatā illam cer
 nis, nudā inq; subterfugientē semp ac subterlabētem?
 LVCIA vix nūc tandem cerno. verū cur & non has du
 cis? vt penitus repleatur cōfessus. siquidē veritatem, &
 patrociniū ad iudiciū pariter ascēdere volo PHILO.
 recte p louem, sequimini igit & vos. nō enī difficile erit
 vnicum iudicare iudiciū. præcipue cum de nostris ageſ
 VERITAS abite vos. nil enī mea refert ea audire,
 quæ pridem qualia sint noui LVCIA verum o veritas,
 vt iudicio adſis, ac singula diligēter exquiras, maxime
 nostra interest PHILO, nūquid famulicium hoc, mihi
 admodum beniuolū deducam? LVCIA ualde quidē
 & quēcunq; uolueris PHILO Sequimini o ingenuitas
 loquēdiq; libertas, ut miserum hunc homuncionē ama
 torem nostrū, ac nullo prætextu iusto periclitantem, sal
 uare possimus. at tu Elenche illic remane, LVCIAN,
 minime o Hera, quin ille quoq; ueniat, & si quis alius.

Locus arbe
 nis ubi Ore
 stes causam
 dixit vbi q̃
 ad rē pu. spe
 ctabāt seue
 rissime admi
 nistrabatur.

haud enī cum fortuitis necesse est me depugnare feris,
 verū cum arrogantibus difficillimeq; redargutionis ho-
 minibus, & qui semp effugia quedam inueniant, ita vt
 necessarius sit Elenchus, PHILO, igit & admodū ne-
 cessari⁹, meli⁹ si & demōstrationē tecū assumes VERI
 Sequimini omnes, quādoquidē ad iudiciū necessarii vi-
 demini. ARISTOTELIS Cernis ne o Philosophia?
 quēadmodum ppter nos veritati sublāditur PHILO,
 nunqd o Plato, Chrysippe, & Aristoteles, veremini ne
 sui causa cum ueritas sit mentia? PLATO, nō hoc, sed
 admodū callidus est, & blādulus, ita ut illi psuadere
 posset. PHILO, Cōfidite, nil iniqui, cū iusticia hec ad-
 sit fieri poterit. abeamus igit, uerū dic mihi tu, qd tibi
 nomē est? LVCIA mihi, Parrisiades, Alethionis Elen-
 xiclei. PHILO, Patria uero quæ nam? LVCIAN. Sy-
 ria o Philosophia, iuxta Euphratem. Sed quid hoc est?
 noui enī quosdā ex his meis aduersariis, non minus q̃
 ego sim barbaros genere, moribus uero, & disciplina,
 non Solenses, uel Cyprios, seu Babylonios, aut Stagiri-
 tas. Siquidē quātū ad te ptinet, nil refert, si quis uoce sit
 barbarus, dūmodo iuste ac recte sentire uideat. PHI-
 LOSO, bene dicis. uerū & hoc quero, quā nam artem
 nosti? quoniā & id scire decet. LVCIA, arrogantiæ sum-
 osor, & uersuciæ osor, & mēdaciū osor, & insolētiæ osor,
 omnesq; eiusmodi coingnatorū hoīm odi species, sunt
 enī ut nosti perq̃ multæ. PHILO, Hercules, odii pla-
 nam exerceas artem. LVCIA, recte dicis. cernis etenim
 quibus nam odio sim, & quēadmodū ppter eam peri-
 ditor. uerū & cōtrariam admodū pbe noui artem. eam
 inquā quæ ab amare exordiū sumit, sum enī ueritatis
 amator, & honesti amator, & sinceritatis amator ac oīm
 quæ ad amare spectare uidētur, uerum pauci admodū

Andar lo-
 quutoz veri-
 dici gloriosi
 redargutoz
 filios.

19
hac arte sunt digni. Qui uero ex aduerso sunt cōstituti,
ac odio magis familiares infiniti, periclitor igit illā qdē
ob segniciem iam dediscere, hāc uero etiā nimiū callere
PHILO, atq haud oportebat. eiisdē enī ferūt esse & il-
la, & ista. ita ut indiuisibilis sit ars. vnica etenī est, q̄uis
binx esse videantur. LVCIA, melius tu hec o Philoso-
phia nosti, meum uero ita se habet, ut prauos odio ha-
bere, bonos aut laudare & amare cōsueuerim PHILO
Age, quo oportebat iam deuenimus. hic in Mineruæ
iudicabim⁹ vestibulo, Heus sacerdos, dispone sedilia.
nos interim deā adorabimus. LVCIA, obsecro Pallas,
cōtra arrogātes mihi auxiliū ferto, ac recordare, quāta
ip̄orū piuria quotidie audis. sola enī tanq̄ speculatrix
quæ p̄petrāt vides, nūc tēpus illos vl̄ciscēdi adest. si ve-
ro me victū cernes, nigrosq; supare, tuū adiice calculū,
meq; saluato, PHILO, Agite iam cōsedimus. vestras
parati audire querelas. vos uero ex omnibus quēpiam
eligatis, q̄ egregie accusare, ac redarguere nouerit. quā-
doquidē impossibile est vos omnes pariter loqui. Tu
aut Parrisiades dehinc respondebis, REVIVISCEN,
Quis igit e nobis, ut potissimū hanc agat causam ido-
neus erit? tua o Plato excellēs prudētia est admiranda,
eloquētia uero redundās, & Attico lepore referta, flexa-
nima, & venusta, cognitio aut, ac diligētia, nec nō tem-
pestiua demōstrationū inductio, hec omnia copiose ti-
bi adsunt. quapropter accusationē suscipe, & p̄ cunctis
quæ digna sunt eloquere, ac omniū illorū nūc reminisca-
ris, & in hoc vnū cōfer, si quid aduersus Gorgiam, aut
Polū, seu Prodicū, vel Hippiam a te dictū est, vehemē-
tior hic existit. expedi igit ironias, & sales, copiosasq;
illas & iocūdas comitates. quin si videbitur, nōnunq;
exuperes, ut magnus Iupiter alatum impellat currum,
ac indignatiōe moneat, ni ille debitas expēdat p̄enas

PLATO, minime, sed vehemētiore quēdam eligam⁹.
Diogenē hūc, vel **Antisthenē**, aut **Cratetē**, seu te **Chry-**
sippe, nō enī elegātix ppolitix in præsenti, nec cōscribē
 di acrimoniā est tēpus, sed redargutiōis cuiusdā, ac iu-
 dicialis exercitatiōis. **Rhetor** enī est **Parrisiades**. **DIO-**
GENES, pinde ego ipse accusabo. nō enī sermonibus
 nimiū lōgis opus esse arbitror. accedit qđ prē cūctis re-
 liquis iniuria sum affectus, paulo ante prācio duorum
 obulorum, prāconis voce venalis expositus, **PLATO**,
Diogenes o **Philosophia**, pro cūctis loquēdi puinciam
 subibit. verū o generose memineris, te accusatiōe ista
 nō solū rem tuā sed cōmunē agere. si enī inuicem in qui-
 busdam discrepamus, tu id nūc minime scruteris, nec
 quis rectius sentiat ingrere curabis, sed ob hoc solum,
 quoniā **Philosophia** ipsa iniuria sit affecta, ac male in
Parrisiadis audierit sermonibus, indigneris. opiniōes
 vero, in qbus dissidere videmur, omitte, pro ea re quæ
 omnibus cōmunis est digladiare. vide sis, te solū præ-
 posuimus, ac nūc in te cūcta nostra periclitātur, vt vel
 maxime syncera videant, vel talia, qualia ille designa-
 uit esse credantur. **DIOGE**, Cōfidite, nihil pratermit-
 temus. p omnib⁹ verba faciā. pinde, & si **Philosophia**
 sermonibus cōmota, natura enī mansueta ac mitis est,
 ipsum absoluerē statuerit, nō tamē mea deerūt, illi enī,
 quod baculos haud frustra geramus ostēdam **PHILO**
 minime hoc, verū potius sermone. satius enī lingua, q̃
 ligno, rem agere. ne igif cūcteris, iā enī effusa est aqua,
 cōciliumq; in te oculos cōiecit. **LVCI**, at reliqui quoq;
 o **Philosophia** cōsideāt, ac vobiscū diiudicēt. **Diogenes**
 vero solus accuset. **PHILO**, verū nūqd vēteris ne cōtra
 te calculū ferāt? **LVCIA**, minime. plures enī superare
 volo. **PHILO**, generosa hec tua, desedete igif. tu vero
Diogenes loquere. **DIOGE**, Quales nam circa vitam

Doro-logiū

o Philosophia, viri extiterimus, tute optime nosti, vera
 bisq; minime indiget. nam vt de me sileam, quis nam
 ignorat quāta bona Pythagoras iste, & Plato, & Aristotē
 teles, & Chrysippus, reliq; deniq; in vitę humanę vsum
 cōtulerint? verū qbus nam cōtumeliis, quāuis tales exti
 terimus, scelestissimus hic Parrisiades nos lacefferit, iā
 dicere pergā. Cum enī Rhetor vt aiunt fuisset, dereli
 cto foro ac illius existimatiōe, quicquid vehemētīe ac
 oratorii vigoris cōsequutus est, vniuerso illo cōtra nos
 se instruens, nō desinit maledictis insectari, p̄stigiato
 res ac deceptores subīde vocās, multitudinēq; vt nos de
 rideat & cōtemnat, tanq̃ nulli9 simus momēti psuadet.
 quinimmo multorū iam odium nō in nos solū, sed cōtra
 te quoq; o philosophia suscitauit, potissima etiam tua,
 mēdacia ac nugas appellās, & quæ nos edocuisti sub
 sannatiōe, incessens, ita vt a spectatori9 laudet, ac nō
 vulgariter illi applaudeat, nos vero intolerādīs afficia
 mur iniuriis. vulgus siquidē eiusce vt plurimū est natu
 ræ, vt cū res cauillatiōe ac maledicētia agat, gaudeat.
 p̄cipue cū ea quę absolutissima esse vident, mordicus
 arripiūtur. quēadmodū olim gaudebat, cū Aristophā
 nes, & Eupolis, irrisiōis gratia, Socratē hūc, in scēnam
 introducerēt, Comœdialq; absurdas quasdā de illo cō
 mentarētur. Et illi quidē cōtra virū vnū talia sunt ausi,
 ac in dionysiis, cum id facere cōcessum esset, Scommā
 taq; pars quedā festiuitatis viderētur, forsitanq; deus,
 cū lepidus quispiā esset, delectaret. at iste, deliberate,
 ac multo studio instructus, in optimos quosq; inuect9
 est. librū enī ingētem blasphemiiis quibusdam referūt
 cōscripsit, magnāq; voce Platoni, Pythagorę, Aristoteli
 huic, Chrysippo illi, mihi, omnib9 deniq; maledicit, cū
 id nec festiuitas pmitat, nec priuatim aliq; in re a nobis
 lesus fuerit. parcendum enim sibi foret, si talia iniuriam

repellēdo, nō inferēdo ageret. & qđ omniū grauissimū
 existit, sub tui nominis pretextu, talia o philosophia fa-
 cere audet. nec nō eodem conatu, dialogo familiari no-
 stro auxiliatore & mimo cōtra nos utif. qnetiā Menip-
 po viro nobis amico psuasit, vt q̃ plurimū in comicis il-
 lis cauillis sibi assistat, qui solus nō adest, neq; nobiscū
 pdita societate, accusat. p quibus omnibus pœnas lue-
 re est dignus. Quid enī cōtra hec dicere posset? cū exa-
 ctissima quoq; coram tot testibus carpere ausus fuit. in
 quorum vilitatē hoc quoq; redūdabit, si ipsum pœna
 affectū spectauerint. nemo enī dehinc philosophiam
 tam facile cōtemnere audebit. p inde in hac re quietem
 agere, & iniuriantē tolerare, nō modestiæ sed extremæ
 ignauitiæ & amentitiæ indicium cēsendū esset. Ceterū po-
 strema cui nā ferēda sunt? Siquidē nos tanq̃ mancipia
 in venaliciū deducēs, ac p̃conis vt aiunt, voce diuēdi-
 dit, nōnullos p̃cio ingēti, quosdā mina Attica, me vero
 scelestissimus ille, obulis duobus, ita vt circūstantibus
 risum moueret. eam ob causam indignatiōe perciti, in
 illū manus iniecimus, teq; rogamus vt nos turpissimis
 affectos iniuriis vlciscaris. **REVIVISCENTES**, Eu-
 ge o Diogenes, p cunctis vt decebat egregie perorasti
PHILO, desinite inuicē laudare. infunde respōsuro, tu
 vero Parrisiades dicere pgas, nūc enī tibi aqua defluit,
 ne igif cunctentis, **PARRISIADES**, nō omnia mea o
 philosophia, in accusatiōe sua, Diogenes recēsuit, verū
 magna ex parte, que difficiliora erāt, nescio qua ratione
 ductus p̃termisit. tantū vero aberit, vt me illa minus
 dixisse negē, vel premeditatā excusatiōez quandā p̃æ-
 tendam, vt si qua ille idem reticuit, vel ego antea haud
 ptulerim, nūc vel p̃cipue expedire videar. ita enī in-
 telliges quos nā arrogātes & p̃stigiatores appellans
 diuulgauerim, aut maledictis meis lacefferim, p inde

Verte Mos-
 rologium.

hoc solū mihi cōsiderate, nūquid in cūctis veritatē dixero. quod si blasphemī, vel asperi quid in se oratio habere videbit, nō me redarguēdum, sed rectius vt arbitror illos, q̄ talia cōmittūt, accusandos esse puto. Ego siquē cōfestum ac pcepissem, quantis incōmodis rhetores de grauari necessum esset, deceptionibus sc̄z, mendaciis, temeritate, clamore, pressioibus, infinitis deniq; aliis, hec quidē vt decebat cūcta declinaui, ad tuāq; o philo sophia bona aspirās, quantum mihi vitæ adhuc reliquū esset, tanq̄ ex fluctuatiōe ac tempestate, in trāquillum quēdam subiēs portū, sub tua p̄tectione viuere expetebam. ac postea q̄ ad vestra tantummodo transgressus essem, te quidē p̄ vt cōueniens erat, ac reliquos omnes qui vitæ optimæ institutores fuissent, admirabar, tanq̄ qui manus ad eos festinātibus porrigerēt, ad optimāq; & vtilissima adhortarent. Si quis solū ea trāsgressus nō esset, seu neglexisset, verū firmiter regulas quas tulisset, inspexisset, ad illasq; vitā suā direxisset, ac instruxisset, quod quidē p̄ Iouem inter nos pauci facere cōsueuerūt. Cum vero q̄ plurimos cemerē, philosophiæ amore minime teneri, verū ob huius rei gloriolā solā, prompta hec ac vulgaria, & quæcūq; omnino faciliter imitantur, admodū recte, bonorum instar virorū assimilare, barbam inquā, ac incessum, nec nō induuium, Cæterū vitæ actorū actus formæ cōtradicere, vobisq; penitus cōtraria exercere, ac p̄fessionis dignitatē corrūpere, indignabar, videbaturq; mihi res admodū similis esse Tragico mimo, qui mollis esset ac muliebris, Achillem vero, seu Theseum, vel Herculem ageret ipsum, Cum tamē neq; Heroice incederet, vel loqueret, verū ita sub tali lasciuiret p̄sona, vt nec Helena vel Polyxene, cum id earum modestiæ minus cōueniret, tolerare possent, taceo Herculem Calliniciū qui vt mihi videt, q̄ primū cōuersus,

Heracles sal
tūte & Cerbe
rum ab infer
ris extrahen
tē meminit
Dioscorides

claua talem verberasset, ipsum inquā ac psonam illam,
que tam effeminate eum repræsentādo cõtaminasset.
Talia igit cum vos ipsos quoq̃ ab illis ppeti viderem,
nō tuli hypocriseos impudentiam, si cum Simiæ essent,
Herou psonas assumere, vel Cumanum illū asinū imi-
tari auderēt, qui leonina indutus pelle, leo quoq̃ ipse
videri volebat, cum aduersus Cumenses ignaros admo-
dum horrende, & aspere rugiret, donec hospes quidam
ipsum nō leonē, sed asinum esse deprehēdisset, verbis
redarguisset, fustibusq̃ insequut⁹ verberasset. Proinde
quod maxime intolerandum mihi videbat, id erat, ne-
mo nō hominū, si quēpiā ex illis flagiciosum, seu turpe
aut impudicum aliquid committere vidisset, confestim
philosophiā ipsam, siue Chrysippum, aut Platonē, seu
Pythagoram, vel cuiuscūq̃ cognomē, non doctrinā de-
linquēs ille assumpserat, accusabat. & quoniā ille coin-
quinatē viuebat, homines male quoq̃ de vobis, multis
antea seculis defunctis, coniectabant. non enī de viuē-
tibus vobis inquisitio fiebat, Sed iam ex pedibus sub-
latis, omnes vero manifeste cernerēt, q̃ molesta & im-
pudica ille cōmitteret, vos quoq̃ indicta causā condem-
nabāt, ac pari calumnia dilacerabāt. ego vero cum hec
cernerē, ferre non potui, verum eos redarguebam, a vo-
bisq̃ seernebā, vos vero honore ppter hæc me dignū,
in iudicium rapitis. nūquid igitur si iniciatum quēpiā
viderē, occulta deorum prodentē, ac in publicū efferen-
tem mysteria, ideoq̃ indignarer, & repræhēderem, me
impiū esse existimaretis? at q̃ minus iuste, quādoquidē
certaminum quoq̃ prefecti, Mimos qui vel Palladis,
aut Neptuni seu Iouis assumpsere psonam, non tamē cō-
mode, nec ex deorum egere dignitate, flagellare consue-
uerunt. at ii minime irascuntur illis, si flagelliferos, quō-
piam psona ornatum, seu forma decoratum, verberare

iusserunt, verum vt arbitror vapulantes potius laudare consueuerūt. Seruum enī, vel nuncium, minus apte representare, paruus error. At Iouē ipsum seu Herculem, haud p dignitate spectatoribus ostēdere, turpe ac piaculo simile esse videtur. quinimmo & hoc omniū est absurdissimum, q̄ cum multi ex eis dogmata vestra exacte calleant, ita tamen viuunt, ac si ideo tantum illa legerint, ac meditando opam impēderint, vt contraria exercere possint. Cuncta enī quæ dicunt, veluti pecuniæ, ac gloriæ contēptum, solumq; honestū bonum esse arbitrari, ira vacuum esse, & splēdida queq; despici debere, bonis æqualiter pfruēdum esse. honesta p deum, admiranda, sapiētiae & veritatis sunt plāna, at ii qui hac ipsa sub mercede docēt, & diuites admirātur, & argēto inhiant, caniculis iracundiores, leporibus timidiores, Symiis blandiores, Asinis petulantiores, felibus rapaciores, gallis contētiosiores. ita igitur affecti, quid aliud q̄ risum mouēt, inuicē circa diuitum ianuas se conculcātes, cenascq; diuersas appetētes, & in illis ipsis moleste laudantes, ac vltra honestatē se ingurgitātes, cuncta re prahēdentes, & inter calices illepida & absona philosophātes, merū deniq; minime ferētes. Idiotæ vero, quos cōuiuio interesse contingit, ridēt sc̄z, ac philosophiē quoniam piacula talia producat, insultant. Est & illud oīm absurdissimum, q̄ cum vnusquisq; nullius se rei indigere affirmat. Sed solum sapientē diuitē esse vociferatur, paulo tamē post accedēs postulat, & si non accipit indignatur, pariter ac si quis regie ornatus, arduam gestat Tiaram, nec nō diadema, & reliq; signa regia, friuolarū tamē rerum indigus mēdicet. Proinde cū ipsi quid accipere debēt, multus q; omnia cōmunia esse cōueniat sermo. & q; indeferētes diuitiæ, & aurum vel argētum nil a litoralibus differat lapillis. At cum vetus quispiam

amicus, & familiaris, auxilii indigēs accedit, & paucula quædā ex multis postulat, taciturnitas, & indigētia, & ruditas, & dictorum in contrarium palinodia, variūq; de amicitia sermones illi, nec non virtus, ac honestū, quo nam abeāt ignoro. sunt enī verba hæc uere pēnata, & penitus euanescentia, quæ illi frustra in quotidiana cōuersatione, umbratili inter sese iactitant pugna. eo usq; enī unusquisq; eorum amicus existit, quousq; nec de argento, neq; de auro, seu de cōmodo agit, q; si quis obuium tantummodo ostēderit, confestim pax soluitur, ac omnia turbantur implacataq; redduntur, libri excidūt, & uirtus aufugit, quēadmodum & canibus euenit, inter quos si quispiam os proiecerit, confestim exiliūt, ac inuicem mordēt, & illi qui prior os rapuit allatrant. fertur Egyptius rex quidam Simios ut tripudiarent instituisse, animaliaq; (nam admodū ad res humanas imitandas sunt apta) celerrime didicisse, ut psonata ac purpurata saltaret, eratq; admodum visu res digna, donec lpectator quispiā urbanus, nuces esinu depromptas, in medium abiiceret, id Simiæ vidētes, tripudii oblitę, id q; erant Simię p saltatoribus euaserunt, psonas cōte rebant, vestitum discerpebant, inuicēq; pro fructibus depugnabāt, ita ut Pyrrichie ordo dissolueret, a theatroq; rideretur. talia & hippetrant, quos ego conuiciis insectatus sum, nec vnq; redarguere, & comicis morfib; impetere desinam. verum nō ita insanio, ut in vos, seu vobis similes (sunt enī sunt pfecto nōnulli qui vere philosophiā amplectant) blasphemī quid, vel sinistrū euomam, q̃uis si, quid haberem quod dicere, nūquid hoc vos ad vitam reducere deberet? at vero ut gloriosi illi, ac deo inimici odio habeant, admodū dignū existimo. Proinde tu Pythagora, & Plato, & Chrysispe, & Aristoteles, nūqd tales vobis cōgruere, vel in humanę

vite vsum familiare, seu cōueniēs quid ostēdisse dicitis?
 ita p Iouem inquit, Hercules & simia, an quia barbas
 nutriūt, & seueritatē prae se ferre, philosophiam quoq;
 exercere vident, ideo vobis similes erūt? quinimmo per
 tulissem si ad simulationem ipsam quoq; apti fuissent,
 nūc vero citius vultur lusciniā imitabit, quā illi phi-
 losophos. p inde quae p meipso dicēda erant, exposui.
 at tu veritas nūquid vera sint testificare. PHILO, nūc
 longius o Parrisiade absiste. quid nobis agendum erit,
 quomodo vobis vir dixisse videat? VIRTUS ego qdē
 o philosophia interim cum iste peroraret, terram subire
 optabam, adeo vera omnia ptulit. Siquidem audiens
 vnumquēq; qui talia faceret, agnoscebam, interimq; di-
 cta aliqua in hunc, alia vero in eum, qui grauiā ppetra-
 ret referebam, etenim perq; manifeste viros, tanq; pictu-
 ra quadam cuncta conferēs, expressit, ac nō solū corpo-
 ra, sed & animas ipsas admodum exacte designauit.
 PHILO, & ego quoq; o virtus admodum erubui. vos
 vero quid dicitis? RESVS, Quid aliud q; a crimine
 eum absolui, inter amicosq; & benefactores nros ascri-
 bi debere. plane etenim nobis idem q; Iliensibus euenit
 qui hunc tanq; tragicū quēpiā aduersus nos exci-
 tauimus, qui Phrygum decantaret calamitates. Canat
 igitur, & dei inimicos tragice exagitet, DIOGE, & ego
 quoq; o philosophia admodū virum laudo, ac cuncta
 quae illi obieci execror, et quia generosus est amicū eum
 facio. PHILO, euge o Parrisiades quoniā in omnibus
 superior euasisti, ab accusatione te absoluiamus, de hinc
 vero noster eris. PARRISI, hanc primā adorauī, verū
 aliud magis Tragicū opus mihi supeesse puto. Siqui-
 dem o valde veneranda victoria, quotidie vitam meā
 venerabilem reddis, nec coronare desinis. VIRTUS,
 nunqd igit & illos citemus, ac a secundo iam ordiamur

cratereſ vt pœnas ob ea ppter quæ in nos iniuriæ fuere
expendant, Parrisiades autem vnumquẽq; accusabit;
PARRISI, recte o virtus eloquuta es, q̃propter heuſ
tu miniſter Syllogiſme, ocioſus in urbẽ deſpectere, Philoſo
ſophosq; vt præſto ſint, citare pgas SYLLOGISMVS
audi tace, philoſophos vt in arcem aſcendant, ac de virtu
te, philoſophia, ac iuſticia rationẽ reddât cito, PARRI
vides neſ pauci citationi obediẽtes conueniũt, partim
vero iudicium timent, at plurimi ocioſi non ſunt, circa
diuites enĩ verſant, ſi vero cunẽtos aduenire cupis, de
iis præconium o Syllogiſme pronuncia. PHILO, mi
nime, verũ tu Parrisiades ex arbitrio tuo illos conuoca
PARRISI, atqui minime hoc difficile erit. Audi tace.
quicunq; ſe philoſophos eſſe dicunt, & quicunq; nomẽ
hoc ad ſe ſpectare arbitrant, ad diſtributionẽ in arcem
veniãt, ſingulis enĩ minæ dabunt duæ, ſeſaminaq; pla
centa, Quicunq; vero barbam profundam oſtenderit,
ille & Caricarũ maſſam accipiet, nemo vero, ſeu mode
ſtiam, vel iuſticiam, aut continẽtiam afferat, ſiquidẽ hec
ſi non aderint, neceſſaria ſunt minime. quinq; præterea
ſyllogiſmos vnusquiſq; aſportet, non enĩ fas abſq; his
ſapientem eſſe. duo deniq; auri talenta in medio expo
nuntur, quibus illũ donabimus,

Qui verbis omnes poſſit contendere contra,

Pape, q̃ refertus eſt impellẽtium multitudine aſcẽſus,
quem ad modũ ob duas tantum acceſſerãt minas, apud
Pelafgicum quidã, & iuxta Aefculapii templũ alii, circa
Arion pagum quoq; multi, nonnulli & penes Tali ſea
pulchrũ, quin reliqui ad motis ſcalis, p̃ geminorũ ædem
turtatim, vt pœnas dent, itrũpunt, & p̃ Iouem apum
inſtar racematim vt Homeri verbis vtar, ſed & hinc q̃
plures, illinc quoq; innumeti.

Quot folia & flores naſcuntur tempore verno,

Loca Arbe
nis iuxta ar
cem.

Atqui breuiter confidentiū dangore repleta est arx, ac
vndiq; pera, barba, assentatio, impudentia, baculi, gu-
lositas, Syllogismus, auaricia, ac pauci illi, quicunq; ad
primū illud conuenerāt præconiū latētes, & ignoti reli-
quorū multitudini intermixti, sub aliarū formarū simili-
tudine delitescūt. est & hoc o philosophia molestissimū,
& i quo te maxime quis reprehēdere queat, qd minime
notas & signa illis inuissisti. siquidē præstigiatores isti.
sepius ad persuadēdum, vere philosophantibus, sunt
aptiores, PHILO, paulopost hoc fiet, verū iam animū
aduertam⁹, PLATONICVS, primos nos platonicos
ipso accipe decet, PYTHAGORICVS minime, sed
nos Pythagoricos, prior enī erat Pythagoras. STOI-
CVS, desipitis. præstantiores nos, qui a porticu PERI-
PATETICI minime quidem, verū nos ex Peripato,
in rebus sumus priores. EPICVREI, nobis Epicureis
placētas date, & Caricarū massas, de minis vero expe-
ctabimus, donec vltimi accipere debeāt, ACADEMI-
CI, vbi duo sunt talēta? siquidē nos Academici ostēde-
mus, quātum aliis simus contēciosiores, STOICI, non
nobis Stoicis præsentibus, PHILO, a contentionibus
desistatis, vos vero Cynici ne inuicem impellatis, neue
baculis verberetis, nam ppter alia vocati estis, ego enī
Philosophia, nūc vna cum virtute & veritate diiudica-
bimus, qui nam sint qui vere philosophētur, inde qui
nostris institutis viuere inuenient, scēlices erūt, & opti-
mi esse iudicabunt. At subdolos illos, nilq; ad nos spe-
ctantes, malos male pdemus, ne dum sibi ipsis cōtraria
cōmittunt, arrogantia tamē efferant. uerū quid hoc est?
fugitis ne? ita p louem, multi p cōfragosa defiliūt, adeo
ut penitus euacuata sit arx, preter paucos illos, qui iudi-
cium haud formidātes remansere. uos uero ministri pe-
ram, quā Cyniculus fugiēdo abiecit, tollatis. Sed quid

in illa latet? nunquid lupini? seu libri? vel panes tosti?
PARRIS, minime, sed aurū hoc, & vnguentū, ac culter
sacrificulus, speculū quoq; & tali, PHILO, Euge o ge-
nerose, hec tibi exercicii erant viatica? cum illisq; omni-
bus cōiucari, ac alios docere audebas? PARRISIA,
nobis itaq; illi tales. ceterū vos considerare decet, quo
pacto error hic tollat, ac homines cognosci queant, qui
nam ex illis boni, & qui rursus alterius vitæ existāt. tu
vero o veritas inquire, tua enī interest, ne tibi mendaciū
præualeat, neue ppter errorē, viri mali, bonis intermi-
xti, deliteant. VERITAS, hac in re ex Parrisiadis arbi-
trio, quoniā probus, ac nobis beniuolus esse videt, tecq;
philosophia præcipue admiratur, ita agemus. secum
Elenchum assumat, & omnes qui se philosophari pfi-
tent, cōueniat, ac quēcunq; inuenerit, legitimū & vere
philosophiæ alumnum, illum corona coronet oleagina,
& in Pritaneum cōuoceat, Si vero alicui (quēadmodum
multi sunt) viro execrando, ac philosophiæ hypocriti,
obuiā factus fuerit, attritam dilacerat vestem, barbāq;
Tragica abradat nouacula, frōtiq; stigmata imprimat,
vel inter media inurat supcilia. sit vero deustiois figura,
vulpis vel Simia. PHILO, euge veritas, siquidē Elen-
chus o Parrisiade talis erit, qles & aquilarū pulli, cōtra
solē esse ferunt, non p Iouem tamē vt ii quoq; luminis
splēdore probent, ac æstiment, verū coram illis aurū,
gloriam, ac voluptatē exponas, & quēcunq; videris ea
negligere, ac minime eorū aspectu moueri, Is erit qui
oleagina coronet. quē vero fixe intuentem, manūq; ad
aurum ptendentē videbis, hunc vt inuretur abducas,
abrsa tamen prius barba, PARRISI, hec o philoso-
phia vt censes erunt, ac cōfestim per quā multos eorū,
simia, vel vulpecula notatos, videbis, paucos vero coro-
natos, quinimmo si placuerit, nōnullos p Iouem vobis

25
 huc reduxero, PHILO, quid ais? nunquid fugientes
 reduces? PARRI, & maxime, si sacerdos parump funi-
 culum hūc & hamum. quos ex Piræo piscator sacrauit,
 mihi cōmodare voluerit, SACERDOS, en accipe. pa-
 riter & calamū, vt cūcta habeas, PARRI, nūquid o sa-
 cerdos & Caricas aliq̃s mihi supeditabis, acauri pau-
 xillum? SACER, accipe. PHILO, quid nam vir hic fa-
 cere intendit? PARRI, hamū placenta et auro inescare,
 in summitateq; muri confidens in vrbem demittere.
 PHILO, quid agis o Parrisiade? nūquid ex pelasgico
 lapides piscari decreuisti? PARRI, tace o philosophia,
 ac prædam expecta, tu vero neptune venator, ac opti-
 me Amphitrite. varios nobis mittito pisces. verū lupū
 quendam maximū cerno, quin potius auratā, LIBER-
 TAS, minime, sed felis, hians enī ad hamū natate vi-
 detur, aurū subolet, prope iam est, tetigit, captus est, at-
 trahamus, PARRI, & tu o Elenche pariter nunc funi-
 culum apprāhēde, attractus est, Age o optime inspi-
 ciamus quis nam piscis existat, hiat iste, Hercules qua-
 les nam dentes, qd hoc rei est? nūquid o generose circa
 petras liguriendo discurrens, captus es? vbi predari spe-
 rabas, ibi tu preda facta es. at nūc omnib⁹ a branchiis
 apensus, manifestus eris. extrahamus illecebras huic,
 & hamum, vacuus en hamus, placenta iam cum auro
 in ventrem descendit, DIOGE, at per Iouem euomuit,
 q̃propter & alios inescemus. PARRISI, bene habet,
 qd ais o Diogenes? tu hunc quis nam siet nostin? num
 ad te attinet? DIOGE, minime, PARRISIA proinde
 quo præcio dignum hunc asserere oportet? ego etenim
 paulo ante duob⁹ obulis eum appreciauerā. DIOGE
 nimium dicis, mollis enī est, & turpis, & morosus, et in-
 iners, verso capite, hunc tu a petra precipitato, & alium
 demisso hamo attrahe, atq; vide sis o Parrisiade, ne tibi

Lupus ma-
 rin⁹ memi-
 nit Aristote-
 les & Plini⁹

felis gale⁹
 gaze mustes
 id interpre-
 tatus est pi-
 scis rapax.

*Aphye pisci
culi deparit
linus ver
miculorū in
star scaturie
tes meminit
Zelian⁹ plu
nius vero
Aphas a la
tinis appel
lari dicit q
ex aq̄ et plu
nia pcren
tur*

*Pleu piscis
latus memi
nit Aristote
les 7 fundas*

*Echinus la
tine Erina
ceus appel
latur spinis
aculeatis.*

calamus inflexus abrumpatur, PARRISI, Confide o
Diogenes, tenues sunt & Aphyis leuiiores, DIOGE, &
p louem leuissimi quoq̄, subinde tamē extrahe. PARR
en quis nam alius hic latus, tanq̄ semisectus piscis ac
cedit? Psetta quædam in hamum impexit, deglutiuit,
capta est. DIOGE, attrahat. quis nam est? PARRI,
Platonicum se asserit, PLATO & tu execrande ad aurū
accedis? PARRI, Quid ais o Plato? quid cum illo aga
mus? PLATO, ab hac eadem petra & ille, DIOGE,
ad alium capiendū cōsideas. PARRI, proinde perq̄
bellulum quædam accedere video, veluti in profundo
aparet, colore vario, ac vittas quasdam aureas in hume
ris habentē, cernis ne o Elenche? Aristotelem hic refert,
accessit, atqui rursus abiit, diligenter arbitratur, iterum
redit, degustauit, captus est, extrahat, num hic tibi Ari
stoteles cognitus est. ARISTO, ne me o Parrisiade de
ipso interroga, nam qs sit ignoro, PARRISI, nūquid
igit & hunc o Aristotele, ppetras? ARISTO, & maxi
me. DIOGE, sed ecce multos hic cōspicio pisces. par
colores, spinosos, in superficie asperiores, Echinis ma
gis aculeatos, verriculo aliquo opus esset, verū non ad
est, satis erit si vnū ex grege tantū extrahamus, atqui ad
hamū accessit, q̄ ipsorū est ferocissim⁹. ELENCHVS
Confide, si videt, ac prius funiculum longe ferro circū
da ne dentibus abrodant, & aurū deglutiant, PARRI,
desedi, at tu neptune capturam secunda, Pape, pro ille
cebris depugnant, partim congregati Caricas circūro
dunt, alii vero deuorantes, ab auro detinent, bene ha
bet, adhesit quidam admodū robustus, Age dic cuius
tu cognomen refert? atqui ridiculus sum, piscem loqui
cogēs, muti siquidē sunt, Cæterū tu Elenche dic quemnā
hic magistrū habet? ELEN, Chrysippū hūc, PARRI,
intelligo quoniam aurum vt arbitror nomini cōuenire

videtur, At tu Chryſippe p Mineruam refer, noſti ne vi
ros, vel talia ipſos facere doces? CHRYSIPPVS con
tumelioſe p Iouem o Parrifiades interrogas, qui nobis
quicqꝫ cum iis qui tales exiſtant conuenire ſuſpicaris?
PARRISI, Euge generoſus es o Chryſippe, igitur &
iſte cum aliis in caput precipiteſ, quoniã ſpinofus eſt,
ac timendũ ne ſi a quopiã comeltus fuerit, guttur offen
dat. PHILO, ſatis o Parrifiades piſcatus, ne qſ (veluti
multi ſolent) abrupto auro, & hamo aufugiat. indeqꝫ
ſacerdoti abs te repetere ſit neceſſe. Proinde nos ad dei
ambulationem pgamus, tempus quoqꝫ inſtat, vt & vos
eo vnde veniſtis, reuertatis, ne vltra preſcriptũ tempus
morã ducere videamini. tu vero o Parrifiades, & Elẽche
p Gyrum ad cunctos accedatis, & quẽadmodũ iuſſi,
aut illos coronate, aut inurite PARRISIA, fient hec o
Philosophia. valete virorũ optimi, nos vero o Elenche
pficiſcamur, ac iuſſa exequamur, vex quo primũ pgere
neceſſum erit: nunquid in Achademiã vel Stoam? ab
lycio exordiũ faciamus, nil hoc refert, attamẽ hoc noui,
quocunqꝫ gentiũ pueniemus, paucis equidem coronis,
multis vero indigebimus cauteriis.

ΦΙΛΕΙ ΓΑΡ ΓΛΩΤΤΑΝ ΕΚΧΕΩΣ. ΜΑΤΗΝ.
ΑΚΩΝ ΑΚΟΥΕΙΝ ΟΥΣ ΕΚΩΝ ΕΙΠΗ ΛΟΓΟΥΣ.

Quis vnqꝫ humana laude, gloriam tantam conſequu
tus eſt, quantã magnus Capnion inimicorum maledi
centia poſſidet? }

ERRATA.

Quod Io. Hessi Nurenbergensis ac reue, Episcopi Vra-
tislauiensis Cancellarii nomē, parit & Augustini Lupf,
Theologiæ doctoris ac Augustinēsum Heydelbergæ
prioris dignis, i amicorū nostrorū ac doctorū virorum
albo haud legif, non obliuione vel negligentia nostra,
sed scriptoris accidit incuria, quæ etiā p Martino Reus
Georgii nomen puerse inscripsit. quod tu amice lector
emendabis, & Augustinū, ac Hessium nostrū, honoris
gratia vel inter precipuos collocabis.

Impressum p Fridericum Peypus
Nurenbergæ sexto Nonas
Octobris. Anno salutis,
M. D. XVII.

